





23.

MATTHIAE DE SCHULENBURG  
EQUIT. MAGDEBURG.

DE

IPRIVILEGIIS  
ET  
PRAEROGATIVIS  
NOBILIJUM MEDIATORUM  
IN GERMANIA  
LIBELLUS SINGULARIS.

ADJECTA SUNT

DOCUMENTA QUAE AD ILLUSTRATIONEM FACIUNT,  
QUANTUM QUIDEM CONSTAT, NONDUM EDITA,

NEC NON

FRAGMENTUM DISQUISITIONIS  
DE  
SERVITIIS EQUESTRIBUS.

JUVEN. SAT. OCT. V. 19. & 20.

*Tota licet veteres exornent undique cerae  
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.*



*Louv. Gal. Lm. 1750. n° 17.*


*rec. Louv. Gal. Lm. 1750. n° 69. Jößing. gr. f. - n° 112.*

FRANCOFURTI AD MOENUM,  
EX OFFICINA HECHTELIANA.

---

Typis JOANNIS BERNARD. EICHENBERG. SENIOR.  
ANNO MDCCXLIX.

# ANNA MEE



## B. L.

ddidi per otium , quae magis illustrare poterant nobile argumentum , quo post quindecim annorum lapsum Dissertation , quam in Academia Giessensi MD CC XXXIII . d. XI. Augusti absque Praeside defendi , sub forma Libelli ederetur ornatio . Nec tamen ex infinita faragine anxie penu meum instruere sategori , sed quae forte legenti succurrebant , loco congruo inserui , partim quod tempus mihi gravioribus negotiis districto defuit , partim quod Dissertationem , quam juvenis viginti annorum meo Marte disposueraam , & elaboraveram , nimiis accessionibus obruere & quasi pulchriorem Phrynen in scenam producere mihi religioni duxi . Appendix loco Documenta non spernenda reliquiasque quasdam Medii Aevi , quantum quidem

A 2


scio

## AD LECTOREM.

scio nondum editas adjunxi, quod dapes istas ad palatum esse hujus seculi ejusmodi cupediarum avidi, non ignorarem.

Caeterum opus est, ut te certiorem faciam, B.L., antequam generalem istam materiam, praecipue Lüningii Collectione usus, in ordinem redigerem, me, suadentibus amicis, coepisse servitia equestria Opusculo academico, quum Helmstadii literis operam darem, explicare. Caput primum aliquatenus perfeceram, caetera vero nondum erant ita limata, ut luci ea exponere auderem. Itaque hactenus in scri niis delituerunt. Protraxisse tamen juvabit, quae de origine horum servitorum, vix decimum nonum aetatis annum egressus, commentatus sum, & postea non correxi, si forte quis in obscurissimarum rerum Germanicarum felicissima indagatione, qua istud aevum merito gloriatur, facem mihi accendat. Quod quidem grato semper agnoscam animo, atque me ulteriori disquisitioni dedisse ansam laetabor.

PRAE-



## PRAEFATIO.



libertatem rem esse inaequimam  
bilem (a), ideoque omnem ope-  
ram ab eis , qui in ejus posses-  
sione constituti sunt, impendi debere , quo  
illam in pristino vigore conservent , nemo  
sane, qui paulum saltem , quam dulcis atque  
proficia sit , secum perpenderit , in dubium  
vocare conabitur. Satis hoc antiquissimis

*Libertas in-  
aequimam  
bilem , quod  
comprobant*

A 3 tem-

---

(a) Promanasse hinc mihi videtur principium illud veterum Romanorum , quo extra commercium libertatem esse innuebatur, ideoque non licebat ingenuis se vendere, quamvis postea , quum tot fraudibus ab adolescentibus circumvenirentur creditores, S. C. Claudio cautum sit, ut, quicunque major viginti quinque annis se ipsum in servitutem addixisset , in ea permaneret, ut notat celeberrimus HEINECCIUS in *Antiquit. Syntagm. ad lib. I. Instit. Tit. 3. §. 6. 7.* maximus enim ejus erat favor, unde quoque pro libertate contra rigorem juris multa constituta esse traditur in *L. 24. §. 10. ff. de fideicommiss. Libertate.*

## PRAEFATIO.

temporibus perspexerunt gentes , quae status naturalis adhuc memores , omnem in hoc intenderunt nervum , ut , quam natura illis concesserat , libertatem , quantum posset fieri , sibi retinerent , licet partem ejus aliquam , postquam in corpus & civitatem quandam coiissent , negligere non detrectaverint . Neque vero posthac extinctum est illud mortalibus insitum atque connatum studium . Sed quamvis remiserit aliquantum tam generosus ardor , deleri tamen haud potuit .

*Exempla  
gentium,*

*Romanorum,*

*Germanorum,*

Prodeant Romani , qui tam crebras seditiones moverunt , quo recuperatam post Tarquinii Superbi tempora libertatem defendenter , atque illibatam ad posteros suos transmittenterent . Verum quid opus est in Italiā evagari , cum exempla adsint domestica ? Si qua enim Gens libertatis nunquam non tenax , profecto Germanica dici debet , quae , nihil illa suavius excogitari posse , semper credidit , ideoque gravissima bella pro ea tuenda suscepit . Optimus hujus rei testis est TACITUS

*de Moribus Germanor. cap. 37. ubi regno Arsacis, inquit,  
acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis, quam  
caedem Crassi, amissō & ipso Pacoro - - - oriens objecerit.  
At Germani Carbone & Cassio - - - fusis vel captis, quinque  
simul*

## PRAEFATIO.

*simul consulares exercitus populo Romano, Varum tresque cum eo legiones etiam Caesari abstulerunt &c.*

Haud vero saltem contra exterros , sed si, antiquioribus relictis , ad recentiora tempora respexerimus , etiam contra turbas in ipsis intestinis atque visceribus ortas, propugnandam esse putavit libertatem gens Germanica. Praecipue nobiles ejus avidissimi hoc sibi datum existimarunt, ut, quam a majoribus acceperant, nulla ratione imminutam vel corruptam natis suis per manus quasi traderent. Non est jam nostrum, principum, qui summae nobilitati accensentur , certaminā , quo libertatis suae haud arctarentur , sed proferrentur termini , commemorare , sed tantum eorum , qui mediatorum nomine veniunt, incredibilem ejus conservandae amorem paucis ob oculos ponere. Nimirum quum insignibus privilegiis & immunitatibus nunquam non gavisi fuerint , tulerunt indigne , quando vel domini , quibus subiecti erant, vel vicini ea limitibus arctioribus constringere vel plane non attendere sustinuerunt. Inde tot pacta mutuae assistentiae occurrunt apud LÜNIGIUM in Collectione nova privilegior. nobilit. mediat. quibus se vinculis aeternis, ad jura legitime acquisita tutanda,

*Et inter  
hos nobis  
lium.*

## PRAEFATIO.

tanda , conjunxerunt arctissime. Sic nobiles & civitates ducatus Clivensis , in societate Anno 1646. inita , cum prius Caesarem orassent: **Dat sei bi** die von denen Vorvaeders, mit Goet ende Bloet, dier verworwenen Privilgien, ont herkommen, Rechten und Gerechtigheden, sonder Intracht ende beständiglich verblywen möchten. addunt , quod illos , quos ad privilegia sua tuenda deputaverint, velint defendere , contra quemcunque , quisquis ille demum fuerit. Vid. LÜNIG. Tom. I. p. 1015. 1016. (b)

Quo vero ejusmodi conventiones eo magis in viridi manerent observantia, nobiles Lauenburgici , in unione de Anno 1585. Tom. I. p. 1295. quatuor Seniores constituerunt, qui, si forte quis contra pactum injuste premeretur, notarent, &, necessitate ita jubente , ordines

con-

---

(b) Et ordines Hassiaci in unione de Anno 1509. si princeps privilegiis suis per consuetudinem totque constitutiones firmatis obicem ponere, vel ea plane pessum dare velit, se precibus eum adituros dicunt, his irritis, via juris contra eum experturos, qua etiam parum proficiente, se paratos esse: mit Leib, Gut und allem Veründgen, Hülffe, Verstand, Vertheidigung, Schutz und Schirm zu thun &c. damit männiglich bei Recht und Billigkeit gehandhabet werde. Vid. Tom. II. p. 799.

## PRAEFATIO.

convocarent. Et ne quis a tam sancto atque inviolabili pacto, publicae utilitatis causa facto, temere abscedere, vel contra illud quid moliri auderet, ordines in episcopatu Osnabrugensi in Unione de Anno 1532. statuerunt, quod ita delinquentes; in Kraft deßer Eynonghe Disßes Stichtes und ganzen Landes thom ewigen Tagen nicht allein verworset, sondern ock erer Ehre und Gelimpe, als ungetruwe und Meynendige geschulden werden sollen.

vid. Tom. I. p. 1522. conf. & Tom. II. p. 321. Verum objectio. dicet forte quispiam, clanguisse jam illum libertatis propagandae ardorem, etiam apud nos, atque MOLESWORTHO (cujus tamen asserta mea facere nolim) assentientur, qui tota praefatione, quam *commentariis* suis, qui Daniae statum explicant, praemisit, totam Europam sibi jugum servitutis imponi passam assertit, sola Britannia excepta, quae tamen ipsa non adeo jam libertati invigilet, unde suis Anglis peregrinationes, praesertim in terras versus septentrionem positas, ut faciant, suadet & praecipit, quo viva servitutis imbuantur cognitione. Quae refellitur. Enimvero nobiles nostros mediatos ab hac suspicione facile liberant recentissima exempla, quum quidam nobiles

B

mor-

## P R A E F A T I O.

mordicus suis inhaeserunt juribus, quaevisque  
pati maluerunt, quam permittere, ut tam  
egregiae, quibus hucusque gavisi fuerant,  
immunitates redderentur irritae, vimque suam  
plane amitterent, publice conatum appro-  
bante **INVICTISSIMO IMPERATORE.**  
Atque haec quidem privilegia, quibus con-  
servandis adeo intentos fuisse nobiles nostros  
demonstravi, in praesenti libello pro diversi-  
tate regionum, sine illatione ad alias, expli-  
care studui. Quod quidem non ingratum  
fore aequis lectoribus, praecipue no-  
bilibus spero & confido.



CAP. I.



## CAP. I. DE PRAEROGATIVIS ET PRI- VILEGIIS NOBILIJM MEDIATO- RUM PERSONALIBUS.

### §. I.

**N**obiles, quorum jura brevibus explicare hic aggredi-  
mur, dicuntur Mediati (a) & Landsassii. \*\*\*) (b) Divisiones nobilium mediatorum Variarum.

(a) Nimicum nobis haud est animus, nobilium in genere privilegia *Propositum exhibere*, quae satis excussa sunt ab ingenti scriptorum cohorte, *auctoris*. quam nobis sistunt BECMAN *Diss. 14. c. 1. §. 1.* in *Syntagm. Dignitatum p. 1067*. MICHAEL HERTZ in *Bibliotheca Germanica n. 317*. BECHTOLD in *Locis Commun. Jurid. p. 448.* sub verbo *Nobilitas*, quamque auxerunt recentiores aliqui auctores, quorum nomina ibi non conspiciuntur, sed hic commemorare non interest, quamvis non diffitendum sit, multas valde ineptas praerogativas a plerisque nobilibus esse tributas. †. Neque vero nobilium immediatorum jura hoc loco exponemus, utpote quae etiam tot invenerunt scriptores, & recentissime BÜRGERMEISTERUM, qui variis in hac materia editis libris, sibi famam acquisivit, ††. Tra-  
B 2 demus

Variac sunt eorum in quibusdam Provinciis divisiones.

In

demus modo praerogativas mediatorum, quas maximum partem ex LUNIGII Collectione, quam in Prooemio laudavimus, nos hauisse profitemur, quamque semper subintelligimus, quoties LUNIGIUM simpliciter in medium vocamus.

†. BOETH. de Consolat. Philosoph. lib. 3. prof. 6ta. Splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Quodsi quid in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut imposta nobilibus necessitudo videatur, ne a majorum virtute degenerent.

Graphice vitia nobilitatis perstrinxit BOILEAU in Satyr. 5. item TRILLER part. 2. poem. p. 503. seq.

De origine nobilitat. ita ratiocinatur DU MOULIN de la Paix de l'Ame l. 1. c. 4. p. 93. C'est par l'invasion que les fiefs & hauts terres ont commencé. On peut donc juger à peu près du prix de la Noblesse & de la grandeur, par leurs causes; Car les richesses n'ont rien de louable en elles-mêmes, & c'est l'origine de la nouvelle Noblesse. L'invasion est une pure injustice, & c'est l'origine de l'ancienne Noblesse, dont nous faisons tant de cas.

Conf. & CORNELIUS AGRIPPA de vanitate scientiar. c. 80. ubi ita contra nobiles declamat: Si nobilitatis primordia requiramus, comperiemus, hanc nefaria perfidia & crudelitate partam; si ingressum spectemus, reperiemus, hanc mercenaria militia, & latrociniis auctam. Ipsa vero nobilitas revera nihil aliud est, quam robusta improbitas, atque dignitas, non nisi scelere quaesita benedictio & haereditas pessimorum quorumcunque filiorum. Vid. Tom. 2. oper. AGRIPP. p. m. 167. & seq.

††. Notamus saltem in transitu, illos eadem, quae Principes imperii exercent, possidere regalia, eisdemque esse exornatos privilegiis. Vid. LENDERSHEIM de privilegiis nobilitat. immediatae p. 593. seq. apud BURGERMEISTER Tom. 1. Bibli thec. equestr. & KNIPSCHILD de jurib. & privileg. nobilit, equest. S. R. 1. immadint. cuius summa ex-

rat

In Saxonia dividuntur in *Schriftsassios*; qui quoque **Cantreyz**

tat *ibid.* p. 1238. seq. praeterquam quod in comitiis haud compareant, quem defectum tamen facile supplet immunitas illa ab omnibus imperii oneribus, originem vero esse eandem, quae mediatorum, seu quod idem est, fuisse eos quondam tantum ingenuos, licet rem dubio non carere putet **BURGERMEISTERUS** vid. *Biblioth. Eqn. Tom. I. in prae-*  
super  
*fat. p. 31.* Sed satis clare hoc demonstrat **KOPP de insigni**  
*differ. Comit. & nobil. immediat. Sect. I. §. 24.25.*

\*\*) Landsassios istos olim jure eligendi imperatores gavios magnō conatu probare aggressus est **BUNEMANN** in *Opusculo de nobilitat. German. jure eligendi Imperatores* vid. §. 13. seq. ubi per lantem saturam exempla ex historia medii aevi exhibit.

(b) Difficilem esse Landsassius definitionem, monet **WILHELM LEISER** *Dissert. de Landass. Amtsass. & Schriftsass. §. 1.* probatque seq. §. 2. - 16. Sane non admittenda est Landsassius definitio, quam ex **SCHWANEMANNI Decis.** affert **LIMNAEUS lib. 6. de jure Publ. c. 4. n. 2.** quod nihil aliud sit, quam homo jurisdictionalis, cui in omnibus mandari ac praecipi potest, nisi civilis interpretatio accedit. Meum jam non est, anxie de ea disquirere. Satis mihi est, quod sciam, Landsassium non immediate imperio esse subjectum. Quamquam vero Landsassius Principi, in cuius territorio degit, paret, tamen & Caesaris autoritati obsequium praestare debet. Quare Imperator Carolus VI. in edicto ad Officiales Schwerinenses Ducis Mecklenburgici, de Anno 1723. monuit, dass, quemadmodum ex artic. 8. *Instrumenti Pac. Westph.* §. 2. notum sit: derjenige nexus, womit ein Unterthan / Vasall oder Offiziant einem Reichs-Stand verwandt / keinesweges pro absoluto, sondern subordinato zu achten. vid. **LUNIG** †††. *Tom. II. p. 641.* etiamsi hic nexus non nimis extendendus sit, conf. **TREUER** *Dissert. de Studiis Rom. German. Imper. ruinam procurantibus* p. 66. Alias de favore Imperatorum erga nobiles vid. **KRESS. Diss. de privilegiis agriculturae c. 2. §. 12. p. 66. seq.**

†††. Notat **KAYSER** in *Diss. de aequali statuum origin.* &

zeleysassen audiunt, & Amtssassos (c); in Pomerania, in Schloßgesessene & Gemeine \*\*\* Edelleute (d); in ducibus Clivensi & Juliacensi in Landsassen & Unterherren (e); in episcopatu Monasteriensi (f) in die Ritterschaft und Erbmänner zu Münster.

§. II.

*progressu ex WIPPONE in vita Conradi Salici §. 20. usque ad tempora Imperatorum Saxonorum non tantum duces & comites, sed & milites gregarios, & qualescumque Germaniae subditos etiam mediatos, quos hodie dicimus, imperatori homagium praestitisse.*

(c) Latius hanc distinctionem explicant WILH. LEYSER & JOH SCHILTER singular. Dissert. & BEYER in *Delineat. Jur. Germ. libr. I. c. 7.*

\*\*\* De derivatione vocis **Edelmann** vid. HEUMANN in *Poecil. Tom. I. lib. I. c. 8.* ubi p. 70. seq. seq. ECCARD in tract. de Usu studii etymolog. deriviret es von dem alten teutschen Wort **Ot**, welches Reichthum und Güter bedeutet. Von demselben kommt her **Otelmann** seu **Edelmann**, quod proprio virum bona allodialia & nullis servitiis subjecta possidentem, latifundiis divitem, significat. Quocum consentit **GUNDLING** in *Gundlingian. p. 22.* Heumannus putat, illam vocem deducendam a voce **Adeling**, Adeling vero ab **Atta**, quod patrem significet, ut constet ex *Chronico Koenigshofii.* Also soll **Atta** so viel heißen als Vater / und einen vornehmen Man bedeuten, Atteling aber oder Adeling so viel als den Sohn oder jungen Herrn anzeigen.

(d) Quam tamen divisionem haud concedunt illi, qui ibi **gemeine Edelleute** dicuntur. Argumenta in utramque partem, vide ap. BECMANN. Diff. cit. c. 3. §. 15.

(e) Vid. LUNIG *Tom. I. p. 1202.*

(f) Nolunt hanc distinctionem admittere, qui **Erbmänner** appellantur. Unde quoque hac de re in Camerac imperialis judicio certatum est vehementissime.

## §. II.

Privilegia (g) nostrorum nobilium, vel ad personam, vel bona eorum pertinent. Unde talem ordinem nobis praefiximus, ut primum Personalia, deinde Realia propo-namus, quum vero quaedam utrisque sint communia, haec denique explanabimus.

## §. III.

Privilegia nobilium personalia fere omnia ad dignita-tem & splendorem pertinent, hocque praestant, ut a reli-quis minorum gentium hominibus in republica, statim di-scerni possint. Spectat huc primo, quod Titulo NOBILIS

*De titulis  
nobilium  
mediato-  
uti rium.*

(g) Constitueram initio apud me, quaedam de privilegiis †††. generatiū praemittere, quo eo melius patesceret, jura, quae no-bilibus asseram, horum naturam habere, atque adeo competere il-lis in specie, quae in genere in horum favorem sunt statuta. Prae-cipue vero mihi fixum erat, quasdam quaestiones v. c. an privilegia gratioſa absque causa revocari possint, quam affirmat R A U C H B A R Part. 2. Quaest. quaeſt. 11. n. 20 -- 26. an unus magis privilegiatus utatur suo privilegio contra minus habentem privilegium, quod putat R I C H T E R Part. 2. Dec. 100. n. 100. & similes sub exa-men revocare. Verum quum viderem, satis hanc materiam a D. D., qui ad T. X. de privileg. & excessibus privilegiator. & ad T. II. de Constitut. principum commentati sunt, nec non A C H A T. E N-N C K E L peculiari libello pertactatam esse, ne toties cocta reco-quere cogerer, mutavi consilium.

†††. Privilegia germanice dicuntur **Handvesten** vel **Hand-festen**. Dupli forte significatione. Vel quod privilegiis gaudens in eorum possessione sit manutenendus. Vel quod donatus privilegiis eis intentus esse, & quasi pressa manu ea tenere debeat. Unde K O P P. in tract. de testam. sub dio condit. verbum **Handvesten** vertit: manu firmatos, quasi mit eigener **Hand** befestiget vid. ibid. p. 136.

uti queant (h), quod dicantur a paribus & inferioribus  
Mohl

*Antiqua  
nobilium  
mediato-  
rum appel-  
latio.*

*Acquisitio  
nobilitatis  
ubi docen-  
da.*

(h) Quondam tantum INGENUORUM †. nomine honestati sunt, ††. ut vel ex insigni loco apud NITHARDUM lib. 4. de dissensionib. filiorum Ludovici Pii, & ex ADAM BREMENS lib. 1. Hist. c. 5. evidenter patet. Verum nemo facile eos hodie nobiles dici diffitebitur. Neque verendum illis est, ne titulo nobilis (quippe quo jam summo jure utuntur) a quoquam ipsis expobretur affectatio, ut factum a CRANTZ lib. 1. Metrop. c. 2. In Pomerania tamen ulteriori quomodo nobilitatis honores adepti sint †††. docere debent, recenter eos consecuti per Recess. Frideric. Wilh. Eleet. de Anno 1654. apud LUNIG. Tom. 2. p. 228. quod quoque in Gallia usu venit, ubi multa 2000. Livres usurpatoribus tituli nobilitatis, qui iura sua demonstrare nequeunt, imposita per codic. Ludovic. lib. 17. Tit. 1. §. 13. cuius verba recitat BECMAN l. 6. c. 2. §. 16. Bohemi & Moravi, recens ad nobilitatis dignitatem enecti, antequam a cancellaria Bohemica intimationes impetraverint, abstinerere a titulo nobilis debent, per Rescript. Joseph. Imper. de Anno 1708. apud LUNIG Tom. 1. pag. 90. Alias ex eis, quae EYBEN fusissime dicto loc. differuit, luce meridiana clarius est, fuisse titulum nobilis summum, adeo ut ipsi imperatores & reges eo insigniti sint. Vid. EUND. l. c. §. 11. p. 829. & §. 56. p. 860. edit. Hert. & MAURITIUM Diff. de Nobilit. German. §. 2.

†. Qui sunt ingenui nominati temporibus Caroling. disquirit GRUPEN in Disceptat. Forens. observ. 41. c. 2. §. 10. p. 1046.

††. Convellere hanc sententiam & probare, quod nobiles etiam olim dicti fuerint, magno conatu agressus est Dnus STRUBE observ. I. de origine ac progressu ordin. equestr. in Germ. §. 3. ad §. 3. annex. tr. de jure villicor. Sed quamvis forte haec ita se habeant, quod aliquando nobiles nostri hoc titulo insigniti sint, id tamen petraro & nonnunquam saltem, ut ipse dicit Dn. STRUBE, factum negari nequit. Unde testimonia, quae ad hanc thesin stabiendam produxit Strubius, tanquam exceptiones a regula notanda sunt.

†††. Scripsit Joh. CHRISTOPH. de LEIPZIGER Dissert., qua

Wohlgebohrne & secundum receptam hodiernam consuetudinem Hochwohlgebohrne, cum olim vocarentur idonei, honesti, discreti, strenui, tūchtige, bescheide, ehrbare, fromme Knechte \*) und Knapen (i) strenge, elendhafte \*\*) Ritter (k) v. HULDERIC ab EYBEN

qua origin. nobilit. diplomat. deduxit assertive p. 56. antiquissimum nobilitatis per codicillos collatae documentum se in lib. IV. Ep. 17. Petri de Vinea invenisse.

\*) De titulo militis, Ritters und Knechts vid. RICCIUS im Entwurf von Landsas. Part. I. integ. c. 38. Conf. HEINECC. in Elem. Jur. Germ. Tom. I. c. I. §. 63.

(i) Alia eorum nomina vid. apud SCHILTERUM ad Rubr. Jur. Feud. Alem. §. 20. &c ad c. I. §. 21. 22. OCKEL de Praescr. memoriali c. 2. Th. 36-38. MAURIT. l.c. §. 5. Praecipue ministeriales, qui etiam ministeriani a PETRO ab ANDLO dicti, ut notat SCHILTER l.c. §. 21. antiquis temporibus appellati sunt, quorum naturam explicarunt peculiari libello, DN. ESTOR & in compendio KRESS. de Privileg. agricult. in not. ad §. 13. C. 2. p. 89. HERT. Diff. de hominibus propriis in Opuscul. vol. I. Tom. II. p. 176. & FLEISCHER in Institut. Feudal. c. 7. §. 24. seq. cuius tamen tradita cum grano salis intelligenda, neque sane omnibus ministerialibus, sive nobilibus, qui olim dicebantur ingenui, ut ille quidem autumat, applicanda sunt. Quod reliquum est, non hic silentio praterire possum, quod nobiles isti nostri secundum SCHILTERI opinionem l.c. §. 21. cui quoque adstipulatur BEYER in Delin. Jur. Germ. lib. I. c. 10. §. 40. sub sexto juxta OCKEL. vero sententiam l.c. Th. 34. p. 61. sub quinto clypeo feudali contineantur. An vero conjectura de clypeis, quam FLEISCHER l.c. §. 39. proposuit, sit probabilis, nec ne, alii dijudicent.

Diversa  
nobiliū  
nomina &  
dignitas  
temporibus  
mediis.

\*\*) WIGULEUS HUND in Gloss. in Leibnit. Collectan. Etym. voc. Ritter p. 226. citante RICCIUS im Entwurf vom Landsas. Adel Part. I. c. 38. §. 9. docet, fuisse olim etiam Halb-Ritter, qui fuerunt: die / so die Ritterschafft zu Jerusalem geholet /

C oder

EYBEN Diff. de *Titulo Nobilis* §. 2. ubi quoque observat in *not.* a) titulos honorabilis (1) discretus, quando praecedunt, ad spiritualis, quando sequuntur, ad secularis ordinis homines esse referendos. Caeterum \*\*\* quo titulo compellandi sint a judiciis, atque ab ipso principe, in plerisque provinciis, vel per observantiam, vel per rescripta peculiaria est definitum. In Austria per rescriptum Imperatoris Rudolphi II, Comites & Barones non **Hochwohlgebohrne**, sed tantum **Wohlgebohrne**, Equites edle gestrenge Herren, Nobiles edle Beste omissa voce Herrn dicendi sunt vid. LUNIG Tom. I. p. 363. 364. In Ducatu Brunsuicensi vocantur edle, gestrenge. Id. Tom. II. p. 158. Nobiles Frisiae orientalis, si Barones, **Wohlgebohrne**, si non hac dignitate praefulgeant, **Hochedle** appellandi. Vid. Gravamina de Anno 1661. §. 22. ap. EUND. Tom. II. p. 1488. ubi nobiles monent: *uti omnia, ita quoque nomina in orbe mutari (m) se comiti, tanquam domino suo, titulum honoratiorem*

*in quibus-  
dam pro-  
vinciis*

oder von Römischen Kaisern zu Rittern geschlagen. Aber die in Schlachten oder Sturm, oder auf der Tiberbrücke/ hat man für ganze Ritter gehalten. Die halben Ritter haben das Feld allein auf der linken Seiten führen dürfen.

(k) Quae appellatio occurrit in laudo Henrici Comitis Blanckenburgensis de Anno 1325. Dicuntur quoque elend-reiche im Helden-Buche, quod HARSDÖRFFER miserrimos vertit, cum ehren-haffte potius interpretari debuisset, ut memorat EYBEN l. c. pag. 830.

(l) Plane Imperator Wilhelmus ap. MEINOM. opuscul. historic. in not. ad Bullam Andronici vocatur: vir honorabilis, Dominus Wilhelmus rex Romanorum. EYBEN l. c. p. 829.

\*\*\* Vid. RICCIUS Part. I. c. 41. §. 7. vom Landsas. Adel.

*Abusus ti-  
tulorum in  
medio aevo* (m) Sane quatuor vel quinque abhinc Saeculis longe liberaliores principes in titulis erga inferiores fuisse, atque inferiores titulis haud adeo

tiorem induluisse . cum vero ille veterem in illorum compellatione consuetudinem retineat , se , nisi consilium sequatur , etiam illi antiquos honores tributuros . In Bohemia recenter nobilitati \*\*\*\*\*) a praefectis Slowutnemu Panossy , & in tertia demum generatione , ut alii antiqui nobiles , Vrozenemn Wladyce , sive edle , ehrenweste , salutari debent , vid. Ordinat. Provinc. Ferdinand. III. art. 15. ap. EUND. Tom. I. p. 43. quod & obtinet in Moravia \*) vid. Renovat. Ordinat. Provinc. ibid. pag. 73.

## §. IV.

adeo convenientibus usos , in literis ad superiores datis demonstrat EYBEN l. c. in not. B. ad §. 2. ubi quoque produxit epistolam de Anno 1473. ad Consules Hamburgenses a Rege Daniae Christierno exaratam , in qua dum eos rogat , ut sibi licentiam concedant in officina monetaria pecuniam cudendi , formulam adhibet *wqrum wir andächtig bitten.*

\*\*\*\*\*) Disputat. OSORIUS *De nobilitat. civil. lib. 2. p. 39. 40.*  
uter praeferendus , illene , qui nobilitatem familiae intulit , aut qui a majoribus illam adeptus est , si nempe utriusque virtute pares sint , nec definire quaestionem audet , sed tanquam ancipitem lectoris permittit judicio. Conf. & PLATO in *Alcibiade* Tom. I. oper. Ed. Marfil. Ficini p. 183. ubi ita Socrates : *Utrum consentaneum est meliores esse naturas nobili in genere quam ignobili ? Alcibiad. Manifestum , quod in nobili. Socrat. Nonne bene nati , si bene etiam educantur , ita demum ad virtutem pervenerunt ? Alcibiad. Necesse est.*

\*) Recens nobilitati minoribus quoque privilegiis in Polonia gaudent , ut docet ex aliis Scriptoribus Polon. HENNIN in *observ. ad Tollii Epist. itinerar. p. 58.* conf. & MEDER in der *Grund-  
Sesse der neuesten Staats-Verfassung des Reichs Pohlen*  
c. 7. §. 7. ubi etiam in compendio privilegia nobilitatis Polonicae recensentur. Privilegia nobilitatis Borussicae in compendio enarrat LYDICUS in *Notit. Ducat. Pruss. c. 5. membr. 2. p. 196. seq.*

## §. IV.

*De jure insignium nobilitatum.*

Secundo huc pertinet jus Insignibus (n) utendi \*\*), quae illis Imperator per codicillos, (qui Wapen = Brieffe nobis

(n) Dicuntur haec Germanis Wapen secundum antiquam pronunciandi rationem, cum Waffen hodie dici deberent, observante LIMNAEO l. c. n. 7. Qui illis quondam gaudebant, vocabantur **Edel-Knechte** / qui carebant, **reisige Knecht** / ut notat HOEPING de jure insignium part. 8. c. 7. n. 1348. Origo eorum satis anceps & multis disputationibus obnoxia. Quare undecim opiniones de eorum ortu retulit HOEPING l. I. c. 15. p. 178. Respectu Germaniae originem & progressum monstrat BEYER l. c. c. 10. §. 1-20. Causae & occasiones quoque fuerunt variae, de quibus vid. HOEP. l. c. c. 6. p. 188. seq. & SCHURTZFLEISCH d. l. §. 3-8. Certe †. fortitudinem bellicam praecepit occasionem & nobilitati & insignibus dedisse olim, nemo facile diffitebitur. ††. Quamobrem veritati satis sunt consentanea, quae habet HOEPING part. 8. c. 7. n. 1368. ubi ex militia, inquit, ortum habet nobilitas †††. gentilitia, claritas illa ex cruento hostium & caedibus, strenua carnificina acquisita. vid. & LERCH a DURRSTEIN apud BURGERMEISTER. Tom. I. Biblioth. Equest. p. 21. ††††. Quamvis hodie quoque studiis suis constet honor, & literatis a Caesare nobilitas & insignia soleant concedi. Nec immerito. Secundum tritos versus enim :

Sunt duo, quae faciunt, ut quis sit nobilis Ars, Mars. ††††.

Caeterum Germani semper magnam insignium gesserunt curam, atque valde ingeniosi in illorum examine atque censura fuetunt. Hinc Heraldi sive Haraldi, quorum munus optime explicavit UPTON c. 12. de officio militari laudante SCHUBART in tract. de Indis equestribus p. 99. & Perseverantes s. Pour suivantes, qui ab eis in armorum scientia eruditabantur. Praecipue vero in torneamentis de armorum valore erant solliciti, & galeatum divisionem die Helmtheilung instituebant, de qua vid. SCHUBART c. c. 6. §. 3.

†. Cam fortitudinem bellicam praecepue spectaverint majores in

*Quia Germanor. circa insignia.*

nobis dicuntur, quorum iuc formulam solitam ex Fritio exhib-

in aestimanda nobilitate, atque sicuti gentium in Germania & Gallia; non dubitat Cardinal RICHELIEU in Testam. Polit. P. I. c. 3. Sect. I. p. m. 158. ita differere: Je ne fais aucune difficulté de dire, que ceux qui degenerant de la vertu de leurs Ayeuls, manquent de servir la Couronne de leurs épées & de leurs uses, avec la constance & la fermeté que les loix d'état requierent, meriteront d'être privés des avantages de leur naissance & reduites à porter une partie du faix du peuple.

††. Conf. & TITIUS de jur. nobi it. Lutheran. ad immediat. Germ. capit. §. 5. & 6.

†††. Si prima nostris quae sit in cunabulis origo, textu stemmatis recenseas, Dei parentis esse ab ore coepimus, cui quisque servit, ille vere est nobilis Patri rebellis invenitur degener PRUDENT. peristephan. Hymn. 14. 126. seq.

††††. Recte scribit CHARON de la Sageſſe liv. 3. chap. 13. en n. 13. Je ne puis que je ne blame ici l'opinion & la façon d'aucuns de nos gentilshommes François, qui ont à tel dedain & mépris la science, qu'ils en estiment moins un honnête homme pour ce sentiment qu'il a étudié, la décrient comme chose qui semble heurter aucunement la noblesſe. En quoi ils montrent bien ce qu'ils sont mal nés, & vraiment ignorants de la vertu & de l'honneur.

†††††. Tradit HONORE de SAINTE MARIE Pater Carmelita in tract. von dem Ritter-Ordnen lib. 1. Diff. 7. p. 165. medio aevō etiam equites literarum studiis claros esse creatos, qui equites literati dicti sunt cit. HEUMANN in act. Philosoph. part. 17. c. 4. §. 17. Narrat quoque GEORG ENGELBRECHT in progr. publ. Digestor. disserrat. praemiss. Sigismundum Imperatorem Georgium Fiscellum Doctorem, equestris ordinis honoribus, non ita pridem auctum equitibus se potius quam legum Doctoribus conjugentem ita allocutum: Stulte agis, qui litteris militiam

exhibit BECMAN l. c. C. 2. §. 14.) contulit (o) cum reservatis Caesareis eorum concessio annumeretur, ut docent LIMNAEUS lib. 6. de Jur. Publ. c. 6. n. 27. SCHURTZ-FLEISCH Diss. de nobilium insignibus §. 12. Competit tamen \*\*\*<sup>\*)</sup> hoc jus solis eorum, qui arma gentilitia impetrarunt, filiis legitimis, (p) quemadmodum diserte modo addu-

---

*praeferis : nam ego milites mille uno die fecerim , Doctorem mille annis unum non fecerim.*

\*\*) Rex Borussiae Fridericus I. speciali edicto, quod die 9. Jun. 1709. in Ducatu Magdeburgico publicatum est, constituit singulare collegium, das Ober-Heralds-Amt dictum, cui nobiles insignia, mutationes, schemata genealogica, diplomata, in omnibus provinciis exhibere deberent, sed, ni fallor, oblivioni tradita sunt monita.

(o) Quæstio hic moveri potest, an Imperatori liceat arma cuidam collata alteri concedere, quae affirmatur a CHASSANAEO *Catal. glor. mundi Part. I. considerat. 44. p. 17. ap. LIMNAEUM l. c.* quo rectius negatur, ne contrario admissio, per paritatem insignium maxima oriatur confusio, fraudique aperiatur fenestra, ceu dicit l. c. n. 28.

\*\*\*) In Lusitania, si credendum est Authori, qui scripsit tract. de la Couronne de Portugal: *Tous les descendants du Roi, de ses fils & petits fils, seront tenus pour très nobles: Ceux-là seront aussi du nombre des nobles qui n'étant ny Mores ny Juifs, mais Portugais auront sauvé au Roi la vie dans un combat, ou conservé son étendart, & retiré du danger son fils ou gendre &c. Ceux-là seront avec leurs enfans à jamais roturiers, qui étant nobles auront fuy le combat, qui auront frappé une femme de l'épée ou de la lance, qui n'auront pas délivré le Roi, ni son fils, qui auront caché la vérité aux Rois, qui en auront mal parlé &c. Eadem pene recitantur in COCCÆJI Diss. quae inscribitur: Histor. Portugalliae p. 35.*

(p) Apud Gallos solus primogenitus plana & simplicia insignia adhibet, reliqui aut barram sive trabem vel etiam aliud quid miscant

adducta formula innuit. Amittitur hoc jus in ducatu Magdeburgico, quando quis uxorem, cui per sententiam judicis infamiae nota inusta, dicit, per *Ordinat. Polit. de Anno 1688. c. 7. §. 7.* Cum jure insignium magnam affinitatem habet *Privilegium cera rubra utendi \*\*\*\*\*)* quo tamen non omnes gaudent, cum regalibus soleat accenseri, monente BEYER in *Delin. Jur. Germ. l. I. c. 2. §. 9. seq. conf. Rescript. Rudolph. H. ap. LUNIG. Tom. I. p. 364.* in quo p. 365. equites & alios nobiles in Austria ceram viridem, cives & minoris ordinis homines luteam in obsignationibus adhibere jussit.

Quomodo illud amittatur in ducatu Magdeburgico.

### §. V.

Tertio in hunc censem venit jus ludos equestris frequentandi, quamvis hodie ejus exercitium quiescat. Nemo enim admittitur secundum Articulos Dresdenses, nisi qui scine 16. Ahnen \*), als 8. vom Vater und 8. von der Mutter

---

scent paternis insignibus, teste TIR AQUELLO *de Nobilitate c. 6. n. 18.* Apud Hispanos vero, ubi filius naturalis absque legitimatione in nobilitate paterna succedit, ut refert EYBEN Dissert, *de regalib. privator c. 7. §. 3.* eadem etiam arma consequitur. †.

Usus insi-  
gnium apud  
Gallos &  
Hispanos.

†. Lepidam historiam narrat JOACH. A BEUST *P. 2. de matrimon. thes. 66. p. m. 233.* da den unehlichen Säcken (nobili familiae) zuerkant, mit ihren Vettern in Lehns-Gütern zugleich zu succediren, und Helm und Schild zu führen, und sich die ehelichen Vettern den unehelichen zu Hohn und Spott die edle Säcken geschrieben, haben sich die unehelichen, und doch durch folgende Ehe geehelichte hinwieder geschrieben, N. N. Sack der edlen Säcke Vetter.

\*\*\*\*\*) Hoc privilegio munita est nobilitas Polonica, vid. MEDER in *der Grundfeste des Reichs Pohlen / c. 7. §. 8.*

\* ) De vetustate stemmatis juxta principia sanae Philosophiae eleganter different. vid. FULDEN *de cognit. sin. lib. I. c. 7.* Alias de juribus

Mutter Seite erweisen kan (q) vid. SCHUBART de ludis equestribus p. 150. licet, si RIXNERO credendum, secundum

*juribus & praerogativis nobilitatis avitae singularem librum scripsit Cramer qui prodiit Lips. 1739. in quo amplissime de probatōne majorum disputavit.*

(q) Optime observat KRESS. *Diss. de privileg. agricult. c. 2. §. 7.* *in not.* torneamenta fuisse solidissimum, ut ait, profapiae nobilis per plura saecula fulcimentum & *in not. ad §. 8.* adducit leges, per quas matrimonium impar prohibitum add. HACHENBERG in German. *Media Diss. 5. §. 4.* Adsunt & adhuc alicubi sapientissima talia †. statuta, quibus licentia inaequale conjugium ineundi coeretur. ††. Ita in duatu Magdeburgico connubia cum filiabus rusticorum, & aliorum vilis conditionis hominum, nec non omnium opificum, quasi ad legem Salicam contracta forent, consideranda sunt. Quare & liberis successio in feuda denegatur. Vid. *Edit. de Anno 1697.*, quod ulterius declaratum *An. 1709.* & novissime d. 8. Maii 1739. †††. In Westphalia, quae Electori Coloniensi paret, impetrarunt nobiles privilegium ab Electore Ernesto Anno 1597. quo cautum, ut liberi altera vice impari se jungentis, morganatici habeantur, a successione excludantur, & liberi ex priore matrimonio prognati, post horum vero obitum proximi agnati praeferantur. Videtur alias jus nobilitatis ad praebendas, de quo §. sequent. 8. agemus, aliquid contulisse & adhuc conferre, ad deflectendos nobilium animos, amore vilioris, quam eorum conditio patitur foeminae, flagrantes. ††††.

†. Conf. RICCIUS v. Land - Adel Part. 2. c. 32. §. 7. ubi pacta citantur DN. DE BUNAU & SCHWEINITZ. item GUNDLING in *Diss. an nobilitet venter c. 3. §. 28.* ubi ex ADAMO BREMENSI observat, apud Saxones inaequalia nobilium matrimonia olim fuisse capitalia, vid. & §§. seq. ibid. de Francis & Alemannis.

L. 12. tabular. talis erat: *Patribus complebed conubiei sors nec estod.* conf. FUNCCIUS in commentar. ad h. l. p. 474.

††. Ma-

*Uſus ludo-  
rum eque-  
ſtrium in  
conjugiis  
nobilium.*

*Quid circa  
eaſtatutum  
in ducatu  
Magdebur-  
gico.*

*In Westpha-  
lia Colo-  
nienſi.*

dum leges torneamentorum Henrici Aucupis art. 12. apud BURGERMEIST. Tom. 2. Biblioth. Equest. p. 22. sufficeret quatuor Anichen probasse. Demonstratur vero majorum nobilitas mit **Schild und Helm** \*\*) unde censura illa rigorosa, cuius in nota ad §. praeccident. mentionem injecimus. Aliquando tamen etiam Patricii admissi, ut de Norimbergensibus docet SCHUBART d. l. p. 155. Arcentur vero ab hac solenni palestra, illi, quos ordine recenset IDEM loc. cit. c. 6. §. 9-18.

## §. VI.

††. Matrimonium Principis vel Comitis cum nobili esse pro inaequali habendum, satis perspicue demonstrat KOPP. *de insign. diff. Comit. &c. Sect. 3. §. 5.*

†††. Et praecipue novissim. Edict. de 8. Maii 1739. quo severe inaequalia prohibitur matrimonia.

†††. De nobilitate Belgica quae credidit familiae nobili quid derogari, si in eam introduceretur uxor ignobilis vid. SCHOOCK in Belg. Foeder. lib. 5. c. 4. De nobilitate Britannica vid. CHAMBERLAIN dans l'Etat nouveau d'Angleterre P. 1. c. 17. p. m. 282. Notat OSORIUS l. 2. de rebus Emanuel. Reg. Lusitani apud Indos, qui regnum Calicutii incolunt, nobilibus esse interdicta matrimonia, habere tamen amicas, sed non nisi nobiles, nec nisi cum illis misceri eis esse licitum. Alias philosophice, an mattis nobilitas sit necessaria, differentem vide SCIPIONEM CLARAMONT. tr. de conjectant. morib. lib. 3. c. 1. p. 91. seq.

\*\*) Formula statutorum aliquando esse solet: Dass einer von Vater und Mutter / und derselben Groß- und Aelter- Vater auch Groß- und Aelter- Mutter von Alters her ererbten Helm und Schild aufzulegen habe. Vid. Instit. jur. princip. privat. libr. I. T. 2. §. 24. lit. b.

D

(r) Cives

## §. VI

Quarto his praerogativis annumerandum, jus succedendi in feudis, exclusis aliis, sive, ut magis usitate loquar, privative vid. HERT. vol. I. Tom. 2. opusc. p. 485. SCHILTER ad rubr. jur. Feud. §. 18. Quamvis enim hoc obsoletum plerisque videri possit, neque adeo negare audem, liberam hodie (r) cuilibet esse beneficiorum acquisitionem, quemadmodum statuit BEYER in jur. Germ. l. 1. c. 2. §. 52. tamen cum in quibusdam provinciis salutaribus sanctionibus prospectum, ut alii quam nobiles ea acquirere nequeant, illud hoc loco non praetercundum esse duxi. Exemplum de nobilibus Lusatia (s) affert ipse BEYER l. c. Aliud de nobilibus Holsatis suppeditat revers. Regis Daniae Christ. IV. de Anno 1623. n. 7. apud LUNIG Tom. II. p. 934. de Variscis v. recess. Marchion. Baruthini Christian. de Anno 1626. ap. EUND. ibid. p. 124. & de nobilibus Magdeburgicis, Recess. Provinc. Calbens. de Anno 1541. §. 17. de Anno 1654. §. 20. & ordin. polit. de Anno 1688. c. 7. §. 4. \*\*\*\*) In principatu Glogaviensi neque \*\*\*\*) feuda

*Obtinetur  
mer in qui-  
busdam  
provinciis.*

*Ignobiles  
feudorum  
possessores,  
non gan-  
dent jure,  
solis nobi-  
libus pro-  
prio.*

(r) Cives Thuringici & Misnici jam Anno 1350. a Carolo IV. Imperatore privilegium praedia equestria acquirendi impetrarunt vid. LUNIG l. c. Tom. I. p. 758. SCHILTER ad. rubr. jur. Feud. Alem, §. 19. Licet vero capaces feudorum nobilium hodie sint ignobiles, notandum tamen, quod secundum BEYER l. c. ex prisco jure adhuc illud remanserit: quod neque congregationi nobilium in comitiis provincialibus interesset, neque parium curiae vicem sustinere, neque testimonium dicere in causis equestribus possint.

(s) Exhibit hoc privilegium LUNIG. in Corpor. Jur. Feud. Tom. II. pag. 714.

\*\*\*\*) Vid. CRAMER in Diss. de jur. Princip. a Vasall. servitia aulica exigendi p. 66. §. 39. in not. lit. c. Conf. etiam GERHARDI Diss. de alienatione feudor. Silesiae c. 2. §. 20. RINCK commentat. de clypeorum ratione habenda in feudis alienandis p. 39. & 40.

\*\*\*\*\*) Feudorum Clivensium, non nisi qui ordinis sunt equestris capa-

feuda neque alia bona nobilium , ignobilibus possunt vendi  
vid. LÜNING in Corp. Jur. Feud. Tom. II. p. 1302. quod quo-  
que in Ducatu Neuburgico statutum in der Erläuterung  
der Landes-freyheit , ap. EUND. Tom. I. p. 1164.

## §. VII.

Quinto hoc loco considerandum privilegium , quod  
plerique nobiles mediati in Germania habent, extra terri-  
torium servitia equestria non praestandi , nec suis sed do-  
mini sumtibus militandi. Ita nobiles in Schwidnicensi & Nobiles ex-  
Jauraviensi principatibus cum ab Imperatore Ferdinando I. tra territo-  
Anno 1550. evocarentur, opponebant, quod extra terri- rium mili-  
torum servire haud necesse haberent. vid. LÜNING Tom. I. militare haud  
p. 174. Urgent hoc etiam Oppolienses & Ratisborienses necesse h.s.  
excepto Turcarum periculo propter art. 3. confirm. ordin. bent.  
provinc. de Anno 1562. ap. EUND. Tom. I. p. 288. & Hol-  
sati, ut patet ex confirmatione privilegiorum regis Daniae  
de Anno 1460. apud EUNDEM Tom. II. p. 848. unde eis  
Rex Christianus III. Anno 1545. antigraphum dedit, haud  
in praejudicium illis cessurum , quod ultra fines Meclen-  
burg. servitia exhibuerint, vid. Tom. II. p. 892. Obtinet hoc  
etiam in Ducatu Magdeburgico , ubi tamen extra casum  
summae necessitatis exigi nequeunt, ob declaration. Ad-  
ministrat. Postulat. Augusti de Anno 1652. Eodem privi-  
legio fruuntur nobiles Lunaeburgici , quod tamen Magde-  
burgico in eo adhuc praestantius est , quod non solum ,  
nisi in summo periculo, sed etiam, nisi princeps ipse praec-  
sit in exercitu, ad servitia exhibenda haud sint obligati,  
vid. Recess. de Anno 1527. §. 22. & Recess. de Anno 1672.

&amp;

---

capaces habentur , nec extraneis nobilibus possunt vendi, nisi in-  
digenatus jure gaudeant , vid. RHETIUS Diff. de Feud. Clivens,  
p. 22.

D 2

(t) De

Nec suis  
sumtibus  
servitia  
exhibit.

¶ 1674. An sumtus hodie sive in territorio sive extra illud domini castra sequantur, ab eo subministrandi sint, ex consuetudine dijudicandum (t) Sane Dn. ZECCH im Europäischen Herold Part. I. p. 945. scribere non dubitavits Es ist auch in Deutschland die Heers-folge noch an die Verpflegung gemeinlich verbunden, der gestallt, daß, wenn das Land-Volk das Gewehr Schultern muß, der Landes-Herr vor dessen Unterhalt sorgen, und so bald der Lehns-Mann und Vasall sein Lehns-Pferd an des Herrn Krippe bindet,

Quis sum-  
tus pree-  
beat secun-  
dum jus  
commune.

Saxonic. &  
Alemanni-  
cum.

(t) De jure communi intra territorium + vasallus servit sumtibus propriis nisi feudum sit exiguum: vid. ANTON. Disputation. Feudal. 7. §. 6. STRYCK. in Exam. Jur. Feud. c. 18. quaest. 25. KOHL. de servitiis feudalibus part. 6. n. 7. quin sive intra sive extra territorium feudum sit positum afferit CORVINUS in jur. Feudal. Tit. 10. p. 130. Secundum jus Saxonicum sex septimanas, suis sumtibus olim militiae operam dabat vasallus, quod quoque jubebat jus feudale Alemannicum, quanquam verba illa, quibus hoc probatur, non leguntur in Cod. MS. membranaceo Ambrosiano vid. SCHILTER. ad jus feudal. Alem. c. 7. §. 7. Verum haec omnia per contrariam observantiam mutata sunt, ut docet LUEDKE Diss. de Adiuratione servitior. equestr. C. 3. §. 17.

†. Unde die Graven, Herrn und von der gemeinen Ritterschaft in Gravaminib. exhibit. Norimberg. in comitiis 1523. contra principes ita: Wiewol in viel Landen teutscher Nation ein beständiger Gebrauch oder Gewonheit über Menschen Gedencken / auch länger denn zu Rechte genug geruwitlich herkommen ist / daß die Graven / Herren / und gemeiner Adtl / iren Fürsten und Lehn-Herren um ire Lehen-Güter an Besoldung, außerhalb derselben Fürstenthumb und fremden Herrschaften zu dienen mit schuldig sein/ anderst denn was sy aus guten Willen thun.

det, der Lehns-Herr solches verpflegen müsse,  
add. TITIUM im Teutschen Lett-n-Recht c. 18. §. 26.  
& BURGERMEISTER. in Praefat. Bibliothec. Equest. prae-  
missa p. 88,--94. ubi late demonstrare allaboravit, non mi-  
litasse suis sumtibus olim nobiles. Novissime promisit illud  
citerioris Pomeraniae nobilibus in confirm. privilegior. de  
Anno 1720. Rex Sueciae Fridericus I. apud LÜNING. Tom. 2.  
p. 294. qui quoque quando servitia honoraria \*) praestant,  
promisit praeter Futter und Mahl, & alia quae ibi enar-  
tantur: Wenn sie sich in die Farbe Kleiden sollen,  
nach altem Gebräuche 5. Ellen Gewand, und die  
Farbe auf so viel Personen, als ein jeder Pferde  
haben soll, samt dem Futter ins Haus zu schicken,  
apud EUND. p. 295. Alia est quaestio, an dominus resti-  
tuere teneatur vasallis in expeditione perdita, quam negative  
secundum jus Longobardicum decidit KOHL de servit. Feu-  
dal. Part. 6. n. 27. 28. Aliter tamen secundum jus Saxon. Quis resti-  
feutale pronunciandum, quod c. 4. Vasallum ad servitia non esse obstrictum affirmat, nisi restitutis in bello amissis. Ur-  
gent hoc beneficium recte etiam nobiles Lunaebutgici ob  
Recess. de Anno 1527.

## §. VIII.

\*\*) Sexto hanc classem auget jus ad capitula & beneficia De jure ad  
capitula &  
eccle- quis ejus  
capax.

\*) Conf. CRAMER Diss. de jure princip. servitia aulica exigen-  
di §. 15-

\*\*) Edidit 1744. ESTOR Dissert. de probatione nobilitat. avit. veteri  
& hodierna, ab illis potissimum, qui dignitatem ecclesiasticam ap-  
petunt, expedienda. Idem 1745. Praeses defendit diss. cui titulus:  
Ratio usitata & explorata in demonstrando nobilitatem proavitam in-  
signiaque gentilitia. Scripsit HARTARD DAMIAN von und  
zu Hattstein librum, cui titulus: Hoheit des Teutschen  
D 3 Reichs-

ecclesiastica , quod nobiles merito urgent (u) ; ut vero quis praebendæ capax habeatur in \*\*\* ) summis capitulis \*\*\*\* ) octo vel sedecim , vel ut Argentorati , triginta duos plane natales ingenuos demonstret , oportet , vid . BYER in *Delin Jur. Germ. lib. I. c. 9. §. 13. 14.* Alicubi solis nobilibus in provincia natis , jus hoc ad capitula competit in ea re gione , ut Holsatis per *resolut. gravamin. Commissar. Regis Daniae de Anno 1590.* ap. LÜNIG Tom. II. p. 973. Guel pherbytanis , quoties ordo eligendi capitulum tangit ap. EUND. ibid. in *compend. privileg. n. 79.* p. 159. In aliis vero locis quando praelatura , canonicatus , & praebendæ conferuntur , nobiles indigenae praefferendi sunt aliis , ut in principatu Glogaviensi , propter *privileg. Uladislai de Anno 1513.*

*Competit tantum indigenis in quibusdam provinciis.*

**Reichs-Adels/ wodurch derselbe zu Chur- und Fürstlichen Dignitaeten erhoben wird/** in quo familiae in Franconia , Palatinatu , tractu Rhenensi & Suevia degentes , præcipue recensentur , earumque genealogiae amplissime sunt propositae. Opus tribus Tomis est distinctum & primus prodiit Fuldae 1729. alter ibid. 1740. & tertius ibiid. eod. an. Ante eum Jo. MAX. HUMBRACHT ediderat Francofurti ad Moen. 1707. die höchste Zierde des deutschen Landes / und Vortrefflichkeit des deutschen Adels/ vorgestellet in der Reichs freyen Rheinischen Ritterschafft.

(u) Rationes , quare nobiles hoc sibi vindicare possint vid. ap. KRESS. *de privileg. agricultur. p. 61. in not. ad §. 10.* & ex iuribus communibus ap. TIRASQUELL *de nobilitate c. 20. n. 10. seq.* Cae terum de eorum jure ad capitula immediata fusi egit TITIUS peculiari Diff. qui quoque §. 50. seq. solide ostendit , contra Pontificios , nobilitatem Lutheranam immerito excludi ob religionis diversitatem.

\*\*\* ) Observat KOPP , antiquissimis temporibus solos Comites & Dynastas ad dignitates ecclesiasticas admissos ex LEHMANNO & PRAUN. in tr. *de insigni diff. Comit. Sect. 3. §. 4.*

\*\*\*\* ) GUNDLING. in diff. *num nobilitet venter c. 2. §. 12. seq.*

*Cur nobiles jure ad capitula gaudeant.*

1513. apud LÜNING. Tom. I. p. 206. quod quoque obser-  
vandum in Ducatu Magdeburg. vid. *Recess. Provinc. Cal-  
bens. de Anno 1564.* §. Nachdem auch die Ritterschafft,  
et Ordin. Polit. de Anno 1688. c. 6. §. 5. & c. 7. §. 2. Co-  
gnatum huic est jus ad Gymnasia & scholas illustres. Sic in  
Neo-Marchia in Schola Vallis Joachimi, quae jam Beroli-  
num translata, decem pueri nobiles gratis educandi per  
*Revers. Elector. Joh. Sigismundi de Anno 1611.* apud LÜNING:  
Tom. I. p. 1580. Quondam quoque per tres annos, in aca-  
demia Wolfenbüttellensi, ex ejus redditibus alendi erant  
quidam vid. *compend. privileg. n. 88. ap. EUND. Tom. II.*  
p. 160. In Gymnasio S. Michaelis Lunaeburgi certus nu-  
merus nobilium indigenarum, per aliquot annos nihil ex-  
solvit, vid. *Recess. de Anno 1655.* Nobiles vero Saxones de  
feudo ecclesiastico triginta florenis aestimato investiti Jus  
eligendi habent, in quam ex tribus scholis illustribus, pue-  
rum gratis alendum mittere velint, vid. LÜNING. Tom. I.  
p. 755. Tribuendum quoque nostris nobilibus jus est ad  
ordinem equestrem Teutonicum, \*\*\* \*) in quem nemo  
recipiendus nisi Germanus, qui natales ingenuos accurate  
demonstrare potest, vid. *Entwurf von Geist- und  
Weltlichen Ritter-Orden, p. 58.*

*De jure no-  
bilium ad  
scholas il-  
lustres in  
quibusdam  
regionibus.*

*Et ad ordi-  
nem eque-  
strem Tett-  
onicum.*

### §. IX.

Septimo in hunc censum alicubi venit jus ad maximas  
dignitates adspirandi sibique solis in quibusdam provinciis  
vindicandi. \*) Ita in Holsatia constitutum: *Dass die  
Amts*

*Jus nobi-  
lium ad  
dignitates.  
maximas.*

---

\*\*\* \*) Neque minus ad ordinem Johanniticum in lingua Ge-  
mania ut probat ENGAU *Diss. de juribus indigenar. Germ. n.*  
§. 21.

\*) Prostant diplomata medii aevi, in quibus nobiles consiliarii prin-  
pum diserte nominantur, quemadmodum etiam vocantur familia-  
res & amici. Vid. CRAMER in *Diss. de jure princip. servitiae  
aulica a Vasall. exigendi p. 14. not. c.*

**Amt-Leute und Voegte von guten Rittermäßigen Herkommen in dem Lande erzogen und gebohren seyn müssen**, vid. *resolut. gravam. Commiss. Danic. de Anno 1590. ap. LÜNIG. Tom. II. p. 969. & 973.* In Frisia orientali Judex judicij aulici ex nobilibus eligendus. Vid. *ordin. judic. aulic. de Anno 1590. ap. EUND. Tom. II. p. 1094.\*\*) In Lusatia inferiore praeses & duo consiliarii bey der Ober-Amts-Regierung ex nobilibus legendi per privileg. Ducis Christiani de Anno 1660. ap. EUND. Tom. I. p. 870. Nobiles Pomeraniae ulterioris urgere possunt, ut Director &*

*In diversis Provinciis*

unus Assessor Consistorii, neque minus Praeses regiminis, Director judicij aulici & Praeses camerae ex eorum ordine elegantur, per *ordinat. regimin. de Anno 1654. Elector. Fide-rici Wilhelmi apud EUND. Tom. II. p. 1697.* Habent quoque Nobiles Clivenses jus ad majora officia ob *Recess. de Anno 1649. qui confirmat: per alium de 1660. apud EUND. Tom. I. p. 1022. debet tamen docere, qui ad ea admitti desiderat, octo natales ingenuos, & possessionem praedii equestris 6000. thaleris minimum aestimati, vid. Rec. de Anno 1649. & 35. n. 8. ap. EUND. ibid. p. 1035.* Eosdem natales etiam demonstrant necesse est, qui in principatibus Schwidnicensi & Jauraviensi Burggravii, Praesidis judicij aulici & cancellarii dignitates ambiunt, quod solis tantum licet indigenis per privileg. regis Ludov. cuius fit mentio in *Commissorial. Fer. dinand. I. de Anno 1542. ap. EUND. ibid. p. 1553.* Ubi vero ejusmodi privilegia nobiles haud impetrarunt, per tacitam observantiam introductum est, ut in distributione splendidissimo-

---

\*\*) Quod quoque in Hassia in judicio aulico Marburgi observandum secundum renovat. *ordinat. judic. aulic. de Anno 1673. ap. EUND. Tom. II. p. 832.* Putat autem DREYER *de usu genuino jur. Angl. Saxon. p. 194.* quod jus istud ex necessitate convocandi populum ad judicia provincialia sit deducendum, cum populum in deputatos vel praesentatos jus suum transtulisse, sit presumendum.

simorum munerum, eorum vel maxime habeatur ratio, (x) quemquem ad modum respectu nobilitatis Magdeburgicac  
jubent,

(x) Semper in Germania nobiles ad maximas dignitates p[ro]ae aliis admissi sunt. Occurrit lex prisca apud GOLDASTUM: *Nobiles prae ceteris ad honores admittuntur, libertate ampla fruuntur, militiam colunto, & plebejis artibus abstinento*, quam illustrat HACHENBERG *in German. Media diff. 2. §. 8. seq. ††.* Soli quondam militiac erant capaces, licet equitantes etiam adessent, sed *qui militari †††.* nomine non censebantur, ut egregie ex insigni loco PULCHERRI CARNOTENS. probat. KRESS. de privileg. agricultur. p. 58. *ix not. ad §. 9.* Qui ex militia vivebant, dicebantur die Stegereiffs- Nahrung exercere, quae loquendi formula initio bonum habebat sensum, postea vero malum accepit, quum quidam nobiles in pejus ruerent, & militiam in lattocinia verterent, qui quoque tum STAUDEN-Reuter & HECKEN-Fischer audiebant, vid. LERCH. à DURSTEIN, ap. BURGERMEISTER. in Bibliothec. Equest. Tom. I. p. 156. Canebant enim ea tempestate patria voce: ††††.

*De jure nobilium antiquo ad dignitates.*

Ruten roven dat en is gheyn Schande,  
dat deynt die besten von dem Lande.

vid. WERNER ROLEVINC de antiquor Saxon. seu lib. 2. c. 10. apud LEIBNITZ. Tom. III. Scriptor. Brunsvic. pag. 646. Judices quoque debebant esse nobiles, vel certe Siegelmässig. vid. KRESS. ad Constit. Crimin. Caroli V. p. 13. ††††. Quinam autem tales sint, explicat WEHNER in Observ. Pract. verb. Siegelmässig. Mutatum vero istud est postea ex vatiis rationibus, quas l. c. adduxit KRESS. p. 14. seq. Soli quoque aulicas dignitates quondam adipiscabantur, quod adhuc hodie videmus observari.

†. Edictum Regis Galliae, quo permisit nobilibus Galliae absque detrimento nobilitatis mercaturam per aversionem exercere, en gros zu handeln, de 1701. vid. in d. R. R. St. Actis Tom. 2. p. 865. conf. etiam LIMNAEUS in notit. regni Franciae lib. 4. c. 2. ubi observat, quod vitrariam lucri causa exercens in Gallia non deroget nobilitati.

††. Conf. HEINECC. Elem. Jur. German. Tom. I. c. 1. §. 70. 74. & 78. vid. & late de nationibus exteris Hispanica, Gallica.

jubent, rec. prov. Calbens. de Anno 1564. §. Nachdem auch die Ritterschafft, & Ord. Polit. de Anno 1688. c. 6. §. 25. & c. 7. §. 2. De nobilibus Holsatis in terris regiis, vid. resol. gravam. Commissar. Dan. de Anno 1590. ap. LUNIG Tom. II. p. 973. & de jure nobilium Luneburg. ad dignitates, privileg. Duc. Henrici de Anno 1495. & Rec. Ernesti de Anno 1527. de Bremensibus vid. AYRER Dissert. de Praediis nobilit. Bremens. equestr. §. 36. \*\*\*<sup>\*)</sup> Praeterea possident in plurimis Germaniae provinciis jure haereditario (y) quae-

lica, Polonica &c. MYLER AB EHRENBACH in Stratolog. c. 1. §. 4.-8. it. de Germanica ibid. §. 10. seq.

†††. De militia equestri singularem librum scripsit HERMANN HUGO Societat. Jesu ad regem Philipp. IV. Impressus est liber Anno 1630. Antwerp. in officin. Plantin. Fol.

†††. Exemplum in terminis Laurentii de Honlage, qui Wefterlingam possedit, cuiusque Filius fuit Familiae ultimus, vid. ap. MEIBOM. Chronic. Walbec p. m. 75. add. die Lesbens-Beschreibung Gottfried von Berlichingen.

Conf. quoque KOPP. in histor. jur. part. 6. epoch. 4. th. 14. not. d. HACHENBERG in vita Friderici Victoriensis Palatin. lib. 2. p. 55. ad ann. 1455. Ita Nobilitas latrociniis dedita, atque hoc proprium virtutis existimabat, occidere homines, & circumventos infidiis peregrinantes spoliare omnibusque terrorem sui imponere &c.

††††. Conf. OCKEL de Palat. reg. Th. 82. & DN. STRUBE Observat. 5. annex. tr. de jure villicor. §. 3. vid. & BRUMMER. Diss. de Scabin. c. 2. §. 21. & c. 6. §. 5.

\*\*\*<sup>\*)</sup> & de Bavaris privileg. Duc. Stephani de Anno 1355. ap. LUNIG. Tom. I. p. 582. quod confirmatum est Anno 1392. Id. ibid. p. 592.

(y) Fuisse haec officia semper haereditaria vix credibile est, cum nec summa regni †. officia hanc qualitatem olim habuerint, vid. SCHW-

quaedam familiae supremas dignitates aulicas \*\*\* \*) Sic  
in Ducatu Luneburg. Dnn. de Meding sunt Mareschalli,

Dnn.

SCHWEDER *in jur. Publ. part. special. Sect. I. c. 8. p. 327.* sed *De origine officior. aulicor. haereditarior. nobilium.*  
potius sacculo 13. vel serius adhuc orta, ††. est probabile, quamvis nihil certi a nobis determinari queat. Memorabile est alias, haec officia aliquando ad foeminas translata esse, & dotis nomine concessa, ut patet ex Diplomate Abbatis Weissenburgens. apud SCHILTER. *ad jus Feudale Alem. c. 113.* Quid quod ex consuetudine regionis ad eas transeant, quemadmodum ex celebri illa controversia, qua inter se familiae illustres de Weichs & de Morien, in episcopatu Monasteriensi decertarunt, appareat. Nam Camera Imperialis pro familia de Morien, quae ad praesulatus mores provocabat, decidit, cum pars adversa masculam successionem urgebat. Argumenta in utramque partem in medium attulit KRESS. in Diff. *ad Thummermuth. §. 69. 70.*

†. Prodiit Goettingae 1746. JOH. DAVID KOELERI *His  
torische Nachricht von den Erb-Lands-hoff-Aem-  
tern des Herzogthums Braunschweig und Lüne-  
burg und dazu gehörigen Ländern so wohl insgesamt als besonders grössten Theils aus archivi-  
schen Urkunden.*

Literas investiturae familiis Brunsvic. Guelpherbytanis datas, quibus officia haereditaria Mareschalli Dnn. de Oldershausen, Magiti Dnn. de Veltheim, Pincernae Dnn. de Neindorff, Camerarii Mynsingero de Frundek, postea Dn. de Cramm concessa sunt a Duce Julio, vid. ap. ODELEM in auserlesenen curieusen Rechts-Sachen / P. I. St. 9.

Hassiac Landgraviatus Mareschalli sunt Dnn. de Riedesel, Pincernae Dnn. de SCHENCK in Schweinsberg, Camerarii Dnn. de Berleps, Dapiferi de Döttingberg. conf. JO. JAC. HOMBERG Consil. Hass. Hanoic. & Advocat. Fisci Darmstadt. tr. von den Hessischen Erb-Aemtern.

Alia disquisitio de istis officiis Hassiacis Autore JOH. PHILIPPO KUCHENBECKER prodiit Marburgi 1744.

††. RICCIUS vom Landsässigen Adel Part. I. c. §. 7. pu-  
E z. tatt,

Dnn. de Knezebec in Langennapel Camerarii, Dnn. de Beht in Stellichte Pincernae, Thesaurarii haereditarii sunt Dnn. de Schenck in Diepen, \*\*\* \*) nostrae familiae officium Magiri est proprium. Competit quoque nobilibus \*\*\* \*) in omnibus collegiis, ubi cum ignobilibus concurrunt, \*\*\* \*) jus πρεσδίας, & vota eorum prius sunt colligenda.

## §. X.

Octavo non praetereunda hic est prarogativa maxima nobilium, quae tantum inter alias caput extollit,

Quan-

tat, jam medio seculi duodecimi fuisse haec officia haereditaria, sed pleraque, quae adducit, exempla meam thesin firmant. Conf. & Diss. GOEBEL de Archiofficior. S. R. I. orig. §. 5. it. tract. cui tit. Gegründete Nachricht von den Erb-Aemtern des Fürstenth. und Burggraffth. Nürnberg p. 27. seq. KOPP de insigni differ. Comit. Ec. Sect. 1. §. 23. It. in historia juris Part. 4. Epoch. 2. Thes. 2.

\*\*\* \*) De quarum origine vid. KOPP. in histor. jur. part. 4. epoch. 1. th. 12.

\*\*\* \*) Camerarii sunt Dn. de Schwerin, qui etiam clavem auream possident splendide gemmis exornatam, tanquam insigne officii, ut a comitissa de Schwerin accepi.

\*\*\* \*\*\*) Nobiles, qui natales ingenuos possunt demonstrare, aequiparantur Comitibus & Baronibus, qui voto & sessione in comitiis non gaudent, in Capit. Leopoldin. §. 40. verbis: So dann verfügen / daß an unsern Reichs - Hoff - Krieges - und anderen Räthen auf den Ritter - Händen / zwischen densen vom Ritter - Stande / welche zu Schild und Helm Ritter - und Stiftmäßig gebohren / und den Grafen und Herren / so in den Reichs - Collegiis keine Session oder Stimmen haben ic. dem alten herkommen gemäß kein Unterscheid gehalten werde.

\*\*\* \*\*) i. e. in diversis secessis sedent.

Quantum lenta solent inter viburna cupressi, quod sunt plerumque ordines provinciac \*) (z) quibuscum res maxime arduae, & quae ad salutem reipublicae pertinent, communicandae sunt. Hinc in Ducatu Brunsvic. Guelpherytano statutum, ut tanquam perpetui pacis bellique Consiliarii considerentur, vid. *compendium privileg. §. 3.* LÜNING. Tom. II. p. 150. quod quoque urgent nobiles Mecklenburgici, qui non sine ratione asserunt: **Die Land-Stände wären in denen höchlichsten Regierungen Teutschlandes als des Fürsten geheime und nächsthigste Räthe gehalten**, apud EUNDEM (a) *ibid. p. 506.* quod ubique de statibus provincialibus tenendum est, quippe qui sunt, ut ait GROTIUS lib. I. *de jure Belli & Pac.* c. 3. §. 10. n. 4. majus principis consilium, per quod querelae, quae saepe in Consistorio reticentur \*\*), ad principis

\*) De nobilitate Belgica, vid. *SCHOOCK ia Belgio foederat. lib. 5. c. 6. conf. & ESTOR. de comitiis & ordinib. Hassiae c. 3. §. 47.* Integra alias dissertatio maxime facit ad illustrandam materiam de conventibus provincialibus.

(z) Requisita nobilis, qui in Austria inter ordines recipi desiderat, maximis encomiis mactanda, recensentur in regulis des *Ritter-Standes von Oesterreich*, apud LÜNING Tom. I. p. 390.

(a) Minime ergo putandum est cum ANDLERO *de nobilitate immensitate. & mediata. ap. BURGERMEISTER. Tom. I. Bibliothec. Equest. notariorum. p. 1147. Felix regnum esse, ubi princeps non dignatur ordinum sequi consilia, quum contrarium verius sit, & facile ratio patet, quoniam ordines nil nisi quod reipublicae salutare est, fraudere possunt, nisi in perniciem suam ruere velint.*

\*\*) Ordines Austriaci olim quoque sibi arrogarunt jus administrandi provinciam, sicuti dominum territorii decadere contingeret, usque dum privilegia fuerint confirmata & homagium praestitum, ut constat ex scripto, cui titulus: *Warhafftiger Bericht, wie es in*

cipis aures perveniant. Sunt vero nobiles non soli status provinciae, sed hi dividuntur plerumque \*\*\* in tres classes, (b) Praelatorum, Nobilium, & Civitatum, vid. HERT. Diss. de legibus consultation. & judic. &c. §. 5. & subdividuntur in maiorem & arctiorem conventum, in den engern und weitern Ausschuss. Eliguntur alias quibusdam in

---

beyden Löblichen Erz-Hertzogthümern Österreich unter und ober der Enns / auf Absterben und Veränderung der regierenden Landes-Fürsten und Erz-Herzogen zu Österreich / bis zu würcklicher Antretung des nachfolgenden Erb-Herrn und Landes-Fürsten und demselben geleisteter Huldigung mit Administration des Landes gehalten werde, impress. Augusta Vindelicor. 1619. cui tamen oppositum est ab Imperatore Ferdinando II. scriptum, cui titulus: **der gründliche Gegen-Bericht**, in quo argumenta a statibus allata satis solide refutantur.

\*\*\* De statibus provincialibus vid. succincte LUDOLPH. HUGO de statu region. German. c. 4. §. 14 - 24. eos antiquitate constitutionis non cedere principibus, recte assertit B. Dn. de MARQUARD in der unpartheyischen Betrachtung zweyer Fürstl. Meßlenb. Memorial. Thes. 15. p. 43.

*Divisiones diversa ordinum provincial.*

(b) In Frisia orientali dividuntur in den Ritter- Haßmann- und Städte-Stand, in Episcopatu Osnabrugensi ordines sunt capitulum, nobiles & civitares, in Marchionatu Durlacensi in Comitiis soli deputati civitatum & praefectorum comparent: vid. LÜNING. Tom. II. p. 834. f. In Ducatu Lüneburgico quondam noscebatur certa species ordinum provincialium, qui die Sates-Lüde audiabant, & quorum erat curare, ut die Sate-Briefe in vigore suo permanerent, nec quisquam contra eorum tenorem agere auderet, ut patet ex dem Sate-Briefe de Anno 1392. ap. LÜNING Tom. I. p. 1207. ubi quoque pag. 1214. certus numerus definitur.

f. In comitatibus Oldenburgico & Delmenhorstano nulli dantur plane status provinciales, conf. STRYCK de militia lecta provinciali c. I. §. 15.

in locis ex illis solis consiliarii provinciales, (c) ut in Pomerania, \*\*\* \*) ubi soli nobiles & comites ad hoc fastigium pervenire possunt, vid. *Epistol. Bogislai XIII. ad Philip. Jul. Ducem Wolgast.* ap LÜNIG Tom. II. p. 317. quod tamen an hodie adhuc observetur, nescio. Idem statutum in Ducatu Magdeburgico, in quo tantum ex nobilibus quosdam principi ab eo confirmandos commendare debent ordines, vid. *recess. provinc. Calbens. de Anno 1654. §. fin.* Jura statuum provincialium in diversis provinciis sunt diversa, ubique tamen valde insignia. (d) Quamobrem non piget ea brevibus, per celebriores Germaniae provincias eundo, *Jura insignia ordinum provincialium in declarat. privileg. de 1602. num. 2. Joachimus Fridericus Elector*

(c) Sunt hi rursus consilium ordinum & quando non omnes convenire possunt, saltem illi convocandi, quemadmodum in Ducatu Mecklenburgico dispositum, ubi, etiamsi periculum in mora, prius audiendi, vid. *resol. definitiv. Caesar. de Anno 1721. n. I. c. 1. De consilia-riis provincialibus.* ap. LÜNIG. Tom. II. p. 643. & 648. Peraguntur ibi etiam visitationes ecclesiarum a nobilibus & quibusdam consiliariis, *ibid.* In Holsatia regia dotalitia principum nisi consiliariis provincialibus auditis & convocatis constituta, sunt invalida. Vid. IDEM. *ibid. p. 970. & 986.*

\*\*\* \*) Obtinet hoc etiam in Borussia, vid. *LYDICIUS in Notit. Ducat. Pruss. c. 2. Sect. I. p. 82. seq.*

(d) Conf. hic Dn. STRUBE doctiss. Diff. *de origine nobilit. Germ. Sect. 2. c. I. ubi §. 7. demonstrat*, in comitiis imperii olim non solum optimatum, sed quoque populi sive nobilitatis inferioris fuisse auctoritatem, & §. 10. seq. egregie refellit auctor anonymous, qui in libro, cui titulus: **Eines Teutschen unverfängliche Gedanken von Land-Ständen / statuum provincialium Jura oppugnavet. †. add. KRESS. de privileg. agricultur. c. 2. §. 11. & in not. ibid.**

†. & potissim. EUND. *in Observat. 4. plane egregia, annexa tr. de Jure villicorum.*

Elector ap. LÜNIG Tom. I. p. 823. promisit: Er wolle keine wichtige Sache, daran das Landes Gedey oder Verderben gelegen, ohne gemeiner Land-Stände Vorwissen und Rath schliessen oder vornehmen, und in kein Verbindniß, dazu die Unterthanen solten oder müsten gebrauchet werden, ohne Gewilligung und Rath gemeiner Land-Stände begeben. Pomeraniae ulterioris status exigunt merito, ut sine illorum consensu bona mensae haud oppugnorentur vel alienentur, vel alia debita contrahantur, ob

*In variis Germaniae regionibus.* Recess. Frid. Wilhelmi de Anno 1654. ap. EUNDEM Tom. II.

p. 216. Pomeraniae citerioris, ordinibus pollicitus est Rex Sueciae, quod convocare eos velit, nullo excepto, quando de rebus, quae ad salutem reipublicae pertinent, quaeve in privilegiis & legibus, quas fundamentales appellare licet, continentur, tractandum est, nisi sit periculum in mora, vid. die Regiments - Form der Vorpomm. Regierung de Anno 1603. ap. EUND. ibid. p. 258. Et Rex Fridericus I. in confirmat. privileg. Anno 1720. constituit: Ut absque eorum consensu, nullae leges novae promulgari, nec veteres immutari, & ad haec ut nova vectigalia & (e) tributa non nisi accedente eorum voluntate imponi possint, apud EUND. ibid. p. 301. In Ducatu Mecklenburgico, neque in rebus ecclesiasticis, neque civilibus, neque politicis, neque feudalibus, novae universales ordinationes provinciales, nisi consenserint status, edenda sunt, vid. resolut. definitiv. Caesar. de Anno 1721. n. 10. ap. EUND. ibid. p. 648. quod jus quoque habent status Lauenburg. per Recess. Georg. Wilhelm.

---

(e) Novorum vectigalium erectio & veterum exaltatio hodie timeri haud debet in Germania, cum artie. 8. Capitul. Caroli VII, eas adeo difficiles efficerit, ut nulli imperii statuum spes relieta sit, fore ut sibi concedantur.

*Wilhelm. de A. 1702. §. 15. ap. EUND. Tom. I. p. 1307. \*\*\* \*)*  
 Competit etiam ordinibus Mecklenburgicis jus ad cistam  
 provincialem, in qua contributiones imperii, circuli, &  
 communes conservantur, vid. *Sect. 2. Class. 2. Tit. 5. p. 64. seq.*  
*à Viro quodam Summo justissimis Decision. Imper. in causis*  
*Mecklenburg. praemiss. Unde duas claves habet princeps*  
*& duas ordines, & qui argentum recipiunt, tam principi,*  
*quam statibus juramentum praestant, per resolut. punctation.*  
*de Anno 1621. num. 18. ap. LÜNIG Tom. 2. p. 340. clavem*  
*vero cistae, quae der Kasten des Überschusses vocatur, nec*  
*non eam, in qua voluntariae contributiones custodiuntur,*  
*soli ordines sibi reservant, vid. loc. cit. Class. 1. Tit. 7. p. 29.*  
*In Ducatu Brunsvicensi Guelpherbytano consultis ordinibus*  
*matrimonia ineunt principes, vid. comp. privileg. §. 3. apud*  
*LÜNIG. Tom. 2. p. 150. \*\*\* \*)* Ordines Lüneburgici, cum  
 coenobiorum cura ad eos pertineat, semper, si forte quid  
 in eis emendare vel mutare princeps cupiat, in consilium  
 adhiberi debent, vid. *Constitut. de 1691. & 1711.* In West-  
 phalia, quae Electori Coloniensi paret, princeps bellum  
 sine consensu statuum occipere prohibetur, vid. *union. de*  
*Anno 1463. n. 17. ap. LÜNIG Tom. I. p. 562.* In Episcopatu  
 Osnabrugensi capitulatio non mutanda est, nisi consentien-  
 tibus tribus ordinibus, ut patet ex protestatione de Anno  
 1624. apud EUNDEM *Tom. I. pag. 1307.* Quando de rebus  
 majoris momenti agendum in Frisia orientali, convocandi  
 sunt status per *decret. Commiss. Statuum General. de Anno 1642.*  
*apud EUNDEM Tom. 2. pag. 1381.* neque sine corum placito  
 tribu-

\*\*\* \*) Nec non Magdeburgici, *L. T. A. de Anno 1564. §. 4.*  
*de Anno 1650. §. 7. it. noviss. de Anno 1678. per tot.*

\*\*\* \*) & Hasso-Darmstadini status determinant quantitatem Apa-  
 nagii, *Id. ibid. p. 807.*

tributa \*\*\* \*\*\* \*) (f) vectigalia, accissae (g) & alia onera imperari possunt, quocunque denum nomine veniant, per *decret.*

\*\*\* \*\*\* \*) conf. die unpartheyische Beleuchtung 2. gedruckter Mecklenburg-Schwerinischer Memorial. p. 50-52.

(f) *Certi juris est, inquit KLOCK. de contribut. c. i. n. 231.* nullam collectam posse imperari invitis, sed requiri, ut subditi, quibus imperetur, citentur ad hoc. †. In Ducatu Mecklenburg. adhuc debent indici in comitiis provincialibus, unde mandato poenali id Ducibus Christiano Ludovico & Gustavo Adolpho injunxit Imperator Leopold. Anno 1642. ap. LUNIG. Tom. 2. p. 372. conf. & duo conclusa Judic. Imp. Aulic. ibid. 373 - 376. ††. Dicebantur quondam ††. **Landbethen**, quia precibus impetranda erant, & semper antigrapha dabantur ordinibus, quando in certam contributionem consenserant, ut per inductionem, per singulas Germaniae provincias vagando, hic demonstrate possem, si hujus loci foret istius asserti probatio. Placet tamen promulgatis vice, saltem quaedam apponere. Sic in Bavaria superiori in puncto der **Fräulein-Steuer** †††. de qua vid. KLOCK. dict. loc. n. 232. Dux Bavariae Albertus in confirmat. Privilegior. de Anno 1458. ap. LUNIG. Tom. 1. p. 650. dicit: und wir sie aber nun um Hülffe gebeten, und denn von ihnen begehret haben / damit wir unsern lieben Töchtern das Heyraths-Guth versprechen und bezahlen mögten, des wir doch von Gerechtigkeit wegen nicht begehren / noch sie uns des schuldig sein zu thun / & Duces Johannes & Sigismundus utuntur in confirm. privilegior. de Anno 1643. ibid. p. 653. de contributionibus, in quas consenserant ordines, maxime notabili formula: So sie uns jetzo von besonderer fleißiger Bethe, rechter Liebe und Tugend wegen / tugendlich gewähret. Literas reversales ab Electore Saxonie Friderico & Duce Wilhelmo A. 1438. datas, vid. ap. EUND. Tom. II. p. 7. in quibus tributa Zeissen vocantur, ut alias silentio hic praetermittam, quas ex laudato LUNIG. per lancem saturam hic congerere possem. Collectae tamen imperii regioni sine consensu ordinum imponuntur, vid. OCKEL de praescript. immemoriali c. 5. Thes. 17. p. 246. REINKING de regimine saecul. & ecclesiast. lib. I. Claff. 5. 6. 4.

*nun.*

decret. Imperat. Leopoldi de Anno 1688. ap. EUND. ib. p. 1639.  
Certum quoque in ea collegium deprehenditur ad redditus  
reci-

num. 213. seq. Debet vero princeps territorium clausum habere, alias sibi diserte reservare debet, ut sibi liceat: Solche Reichs-Praestanda von seinen Land-Ständen und Unterthanen, vermit-telst besonderer billiger Abgaben, einzuholen, vid. Z E C H im Europäischen Herold Part. I. p. 948. seq. In Ducatu Mecklenburgico, quando collectae imperii & circuli indicuntur, ordinibus communicanda sunt integra imperii & circuli conclusa, vid. LÜNIG. Tom. II. p. 442. quod quoque in ducatu Guelpherbytano observandum, quando collectae ob periculum Turcarum praestan-dae, vid. compend. privileg. §. 38. p. 155. ibid. Caeterum de O-origine & historia contributionum in genere & respectu Germaniac à Carolo M. ad Carolum V. vid. KLOCK d. l. n. 164. - 229. & in compendio usque ad nostra tempora OCKEL. dict. loc. p. 242. & KRESS. de Privileg. agricultur. pag. 72. de aequitate autem in earum exactione observanda REINKING dict. loc. & HYPPOL. à LAPIDE p. 248. seq. de Ratione Status.

†. Conf. COMMINES dans ses memoires livr. §. chap. 18.  
p. 333. seq.

††. Jura statuum provinc. circa collectas optime exponit Dn. STRUBE Obser. 4. §. 5.-14. annex. tr. de jure villicorum.

†††. Varia nomina tributor. studiose collecta vid. ap. GRUPEN in Disceptat. Forens. observat. 4. p. 885. seq. conf. etiam de tributis, quae nomine Bethen venerunt, Informat. Juris & Facti in causa Magdeburg contra Mannsfeld Tom. II. Sacri Rom. Imper. Auctor. Publicor. Secul. 18. p. m. 379. seq.

††††. Singulari dissertat. hanc materiam explanavit CASPAR ZIEGLER. Primus subditis onus principum filias dotandi imposuisse dicitur Rosfredus Beneventanus, vid. Instit. jur. princ. privat. lib. 2. tit. 12. §. 289. lit. B.

(g) Juxta KLOCK sententiam dict. loc. num. 271. dicitur à Gallis *assise*, quod publicani in suis teloniis plerumque sedeant, cum magis sit ut dicatur *accise* quasi *accisum*: Weil man um dieser Beschwerden halben die Pfunde und Maße ringert.

F 2

(h) De

recipiendos, cuius duo membra una cum receptore generali (dein General-Pfennig-Meister, cuius officium vid. ap. EUND. *ibid.* p. 1246.) ab ordinibus, unum vero a Principe constituenda vid. **das Bedencken über die Landtags-Proposition. de Anno 1605. §. 10.** ap. EUND. *ibidem* pag. 1240. Status in ducatu Gothano, etiam si res imperii arduae, quae ad eos pertinent, in comitiis occurruunt, consulendi sunt per *Ordin. Provinc. de Anno 1666. c. 3. tit. 1.* ap. EUND. *ibid.* p. 13. Arcam provincialem administrat ibi unus ex parte principis, & unus ex parte ordinum, receptor vero, **der Ober-Einnehmer**, a solis ordinibus creatur, coram quorum deputatis etiam rationes reddendæ sunt, *ibid.* pag. 14. Fiunt consultationes cum statibus in provincialibus comitiis, (h) unde pauca adhuc de jure statuum ad ea dicenda restant. Juxta regulam ordinibus non suopte arbitrio coire licet, nisi dominus regionis eos invitet, ceu reete statuit HERT. l. c. §. 8. hocque ita fieri jubet *Capitul. \*\*\* \*\*\* \*\*\*) Leopold. art. 3.* ad quem vid. MAURIT. p. 798. *in opusculis \*\*\* \*\*\* \*\*\*.*) Dantur tamen quaedam in Germania exceptiones. Ordines enim Guelpherbytani, absque nota conspiracys, se invicem in territorio & extra convocare possunt, vid. *compend. privileg. §. 7.* ap. LÜNIG Tom. 2. p. 150. Ordines Mecklenburgici conventus privatos

(h) De his comitiis vid. AHASVER. FRITSCH singular. opuscul. & BEYER in *Delineat. Jur. Germ. lib. 1. c. 8. conf. & Hugo de statu Region. Germ. c. 4. §. 30. seq.*

\*\*\* \*\*\* \*\*\*) Nec minus *Capit. Josephi art. 3. & Capit. Caroli VI art. 15.*

\*\*\* \*\*\* \*\*\*) conf. DN. STRUBE *Observ. 4. §. 24. annex. tract. de jure villicor.* ubi dictum articulum ita interpretatur; Ut restringendus sit cum iis, qui sequentibus capitulationibus inserti, ad conventionem, in quibus deliberatur super negotiis publicis, conjunctim a principe & statibus provincialibus expediendis.

Comitia  
convocat  
dominus  
territorii  
solus.

tos instituere haud prohibendi sunt, quando hujus vel alterius ordinis necessitas eos exigit, vid. *Class. 2. Tit. 3. p. 51. nes*  
*Justiss. Decis. Imperial. praemiss.* Capitulum Coloniente duodecim personas ex Westphalia conscribendi jus habet, nec impedire istud potest Archiepiscopus, vid. *union. Provinc. Westphal. de Anno 1643. num. 23. ap. LÜNIG. Tom. I. p. 563.* Status Frisiae orientalis quondam etiam libertate se convocandi gaudebant, vid. *resolut. Gravam. Imperator. Rudolph. II. de Anno 1597. num. 17. ap. EUND. Tom. 2. p. 1169.* Hodie vero motu proprio comitia princeps ibi indicit, quibus tamen causis permotus sit, addat oportet, vid. *decret. Imperat. Leopold. de Anno 1688. ibid. pag. 1637.* Non tamen conventus denegare potest statibus implorantibus omnibus, vel toti nobilitati, sed intra quatuor hebdomades, vel si membrum tantum eorum indictionem urgeat, intra sex conscribere debet ordines, *ibid.* Haud vero quisquam practereundus est in matriculam relatus, per *resolut. statuum general. de Anno 1661. ibid. pag. 1481.* In matriculam vero nemo referendus, nisi qui consensu domini territorii & cunctorum nobilium, nemine ex eisdem dissentiente, ei inservetus, *ibid. pag. 1662.* In ducatis Clivensi & Juliacensi singulare quid est, quod, quando comitia provincialia indicuntur, peculiaria adhuc indicenda sint, ubi conveniant die **Unter-Herrn**, vid. *ID. Tom. I. p. 1202.* Locus in quo comparere debent, determinatur etiam a principe pro lubitu, vid. *HERT. loc. cit. §. 7.* nisi aliud in regione dispositum, ut in Frisia orientali, ubi quondam dispositum, ut conventus haud in arcibus munitis haberentur, sed in urbe, secundum antiquam consuetudinem, vid. *pactum Comitum cum statibus de Anno 1603. §. 13. ap. EUND. Tom. 2. p. 1234.* vel ut in ducatu Mecklenburgico, ubi alternatim comitia provincialia Malchini & Sternbergae habenda sunt, vid. *reversal. de Anno 1621. §. 14.* nunquam vero ubi princeps residet, vid. *supra cit. Class. 2. tit. 2. p. 43. & 47.* Hodie vero

F 3

ferme

*De loco Comitiorum.*

ferme ubique convenire solent in domo provinciali. ( i ) Causae, quae in comitiis veniunt pertractandae, secundum provinciarum diversitatem quoque variant, vid. HERT. l. c. §. 6. In Frisia orientali de nullis aliis rebus agendum est, quam quae in des Ausschreibens Proposition gekommenen, nisi res ad omnes ordines pertineant, & ad salutem reipublicae spectent, vid. LÜNING Tom. 2. pag. 1678. Conclusa in comitiis rediguntur in formam, & dicuntur **Land-Tags-Abschiede**, quorum exempla a domino subscripta, & sigillo ejus (vel, ut in Frisia orientali, sigillo ordinum, quod renovatum est ab Imperatore Leopoldo Anno 1678. vid. instrumentum insinuat. de Anno 1680. apud EUND. ibid. p. 1625. & in ducatu Mecklenburgico vid. resol. definit. Caesar. de Anno 1721. ibid. p. 641. simul) roborata, tum Archivo principis, tum actis ordinum inseruntur, & leges fundamentales totius provinciae deinceps habentur, vid. a SECKENDORFF im **Teutschen Fürsten-Staat**, Part. 2. c. 4. §. 12. & 13. Caeterum quod ad sumtus in comitiis praestandos attinet, an princeps ipse, vel subditi territorii illos praebere debeant, anceps est quaestio, ex consuetudine decidenda. In ducatu Mecklenburgico eos subministrat princeps juxta Resolut. Friderici Wilhelmi de Anno 1702. apud LÜNING Tom. 2. p. 422.

## §. XI.

*De foro nobilitum in causis civilibus.*

Claudat hoc agmen nono Jus fori nobilium. Sortiuntur nimirum nobiles forum primae instantiae in causis civilibus,

(i) Privilegia singulare obtinuit domus provincialis Lincii in Austria a Maximiliano II. Imperatore, vid. LÜNING Tom. I. p. 358. Vienensis impetravit ab eodem, ut ei infigeretur signum libertatis, sive tabula, in qua manus gladium gerens depicta, sicut in arce Caesarca, ibid. pag. 361.

libus, coram principe ejusque cancellaria, (k) vel Judicio aulico, exceptis in Saxonia Amtssässis, qui illud coram praefectis habent, vid. à BOECKELN *Diss. de prima mediator. instantia cap. I. §. 5.* imo alicubi coram quasi Austrae-  
gis \*) adhuc, (l) ut testatur ID. *ibid. §. 6.* Neque minus  
in

(k) In terris Leodiensibus forum primae instantiae est concilium, quod constat ex tribus ex parte principis, duobus ex parte nobilium & duobus ex parte civitatum, vid. LUNIG *Tom. I. pag. 1383. & 1395.* Quondam vero semper ad solos nobiles judicium nobilium pertinuit, ut probat KRESS. *Diss. de privileg. agriculturae p. 84.*

(k) Nobiles Bremenses peculiari gaudent judicio, quod judicium equestre vocatur & constituitur ex Praeside Consiliariorum provincialium & reliquis nobilibus, atque Bassendali quotannis bis instituitur. Pertinent ad illud variae causae, quae recensentur in *Constit. Henrici Duci & postul. Administr. de Anno 1577.* Libertas tamen nobilibus relicta est, an in hoc judicio, an in curia provinciali experiri malint, vid. DN. PUFENDORF in *introd. ad Proc. civil. Part. I. c. 10. §. 24 - 26.* Obtinuit quoque olim in comitatu Hoyensi das Knochen-Gerichte, quod sine dubio fuit judicium equestre, sed jam exolevit. ID. *ibid. §. 27.*

\*) Originem Austraeorum HENRIC. BROKES *de Austraeis Hassiae Landgravior. §. 4.* credit antiquissimam, jamque eas ante saec. duodecimum in usu fuisse, licet fateatur ante saecul. decimum tertium vel nulla plane vel rarissima Austraeorum exempla extare, plura vero vestigia saeculo decimo quarto & quinto occurrere.

(l) Ejusmodi quasi Austraeas †. habebat nostra gens quondam, quae cum familiis Dominorum de Bartensleben, Knesebeck, Alvensleben, Jagaw, Bismarck, & Schenck à Woldemaro I. Eleclore Brandenburgico diploma Anno 1314. obtinuit, ut non coram judicio provinciali Tangermunda, sed coram suo conveniretur, vid. JERASUIM in carmine quod Schulenburgis inscrps. lib. 2. p. 26. in not. P. add. PFEFFINGER *Braunschweig-Lüneburgische Historie Tom. I. p. 616.*

†. quod quidem probant *Recess. de Anno 1572. 1597. & 1642.*  
ex quo postremo passum concernentem exhibui sub lit. A.  
in append.

*Criminalibus.*

in causis criminalibus judex eorum, princeps est, ut variis de diversis Germaniae provinciis exemplis probavit KRESS. in *Diss. de jurisd. criminal. p. 59.* In Clivia, quando nobilis criminis accusatur, primo quidem fiscalis inquirit, nobili vero ad privilegium provocante, certum judicium constituendum est, quod intra mensem causam decidat, vid. *Recess. de Anno 1649. §. 32.* ap. LÜNIG. Tom. I. p. 1030. & ipsum *privilegium Ducis Johannis Clivensis de Anno 1501.*

*Feudalibus.*

*ibid. p. 1003.* Si causae sint feudales, a paribus curiae, in locis, ubi adhuc sunt in usu, controversiae dijudicandae, etiam si inter ipsum dominum & vasallum lis intercedat, (m) ut satis evicit SCHRADER in *tractat. feudal. Part. 10. Sect. 5.* in aliis vero a curia feudali. Quodsi sint ecclesiasticae, citandi sunt nobiles in quibusdam provinciis ad Consistorium, non ab eo, sed a principe, ut expresse statutum in terra Variscorum in *Recess. Marchion. Christiani Baruth. de Anno 1626.* ap. LÜNIG Tom. 2. pag. 112. In causis, quae famam alterius laedunt, in Ehren-Händeli, in Silesia peculiare judicium constituendum, quod de laesione disquirat, probationem injungat, & succumbenti diffamanti carceris poenam imperat, vid. *Ordinat. Provinc. Oelsn. Part. 4. art. 1.* apud LÜNIG Tom. I. pag. 264. & qui in hoc argumento commendari solet GEORG a WENZKY **von dem Schlesischen Ritter-Rechte und Ehren-Gerichte** \*\*\*) In Burg-

*ad honorem  
spectantibus.*

(m) Quando in Frisia orientali nobiles cum domino litigant, primo tentandum, anne amicabili compositione per transactionem lis finiri possit, qua contemta, per compromissum causa decidenda, vid. *Resolut. Comit. Rudolphi Christiani de Anno 1626. num. 3.* apud LÜNIG. Tom. II. pag. 1368.

\*\*\*) Simile judicium olim obtinuisse in Lusatia constat ex c. 4. *Diss. STRUV. de judicio heroico*, qui ex CARPOV. libr. cui titulus: *Neueröffneter Ehren-Tempel merkwürdiger Antiquitäten des Marggraftums Ober-Lausitz* plurima depromxit.

Burggraviatu Norimbergensi quondam noscebatur das Kampf-Recht (n) quod tamen non obtinebat, si coram judice adversarius satisfacere haud detrectaret. \*\*\*<sup>o</sup>) Ordinat. des Kampf-Gerichts vid. ap. LÜNIG. Tom. 2. p. 127. ubi notanda formula banni horribilis, contra cum, qui ter- na vice citatus emanserat, quam vid. ibid. pag. 131. In punto

(n) Permittebantur olim in quacunque causa dubia †. certamina singularia legibus atque edictis imperatorum communita vid. SCHOTTEL von etlichen alten teutschen Rechten, pag. 519. seq.  
†. Planc in feudum olim dabatur das Kampf-Recht, ††. ut patet ex ejus cessione, quam fecit der oberste Kampf-Meister, in Austria Conrado dem Weintracher, vid. LÜNIG. Tom. 1. p. 402.

†. conf. Institut. jur. princip. privati §. 443.

††. Jus vero mannarium olim in Germania obtinuisse, nec per tot Imperatorum constitutiones aboli potuisse, sed modum tandem ei ponere incepisse Maximilianum I<sup>mum</sup>, sequentesque Imperatores hujus constitutionem de pace publica confirmasse magisque corroborasse, egregie probat KOENIG disquisit. de optima ratione componendi litem super Vicariatu in partibus Rheni p. 13. in not.

†††. Species belli singularis sunt dissidationes, quas Maximilianum I. optimum Imperatorem stabilita pace publica & ere-cto judicio camerali tollere non potuisse, jam dudum obser- varunt viri eruditissimi, adeo ut post integrum saeculum ad-huc sibi prospexerint ex necessitate per pacem specialem, Burg-Friede dictam, nobiles familiae. Fidem faciunt tabulae de Anno 1531. & 1572. it. Anno 1597. nostrae gen-tis quarum priores apposui sub. lit. B. C. add. adjunct. sub CC.

\*\*\*<sup>o</sup>) Exemplum maxime memorabile ex PONTO HEUTERO, de duobus Hispanis praesente Carolo V. Imperatore singulari pu-gna certantibus suis Oper. subcisiu. centur. secund. cap. 21. inseruit PHILIPP. CAMERARIUS. De duellis foeminarum insignis locus occurrit ap. DREYER de usu genuino iuris Angl. Saxon. p. 185. seq.

puncto debiti (o) obtinet in Holsatia jus obstagii (cujus leges a rege Daniae Christian. IV. Anno 1640. statutas, vid. apud LÜNIG Tom. 2. p. 1041. & 1042.) quod cum alias sit abrogatum in toto imperio per *Reformat. Polit. de Anno 1577. tit. 17.* tamen nobilibus Holsatis confirmatum est in ipso *Instrumento Pac. Osnabrug. art. 8. §. de indaganda in fin.*

## §. XII.

Atque hæc quidem sunt jura potiora personalia, quibus gaudent nobiles. Reliqua minora sunt, unde ea, quibus in variis provinciis fruuntur nobiles, hoc paragrapho includere & exhibere placet. Huc referto 1.) prærogativam illam nobilium, quod, quando matrimonia ineunt, licentiam habeant exigendi, ut minister verbi divini eis in aedibus benedicat, quemadmodum dispositum in Saxonie Elector. vid. LÜNIG Tom. 1. p. 735. in ducatu Guelpherbytanó id. Tom. 2. p. 160. neque minus ut ibi liberos sacro lavacro adspergat, *ibid.* 2.) quod per quatuordecim dies vel plane mensem, in locis, ubi jus patronatus habent, quando supremum diem obierunt, haeredibus luctum testari liceat, ceu iterum Guelpherbytanis permisum vid. *id. ibid.* 3.) quod plena fides tribuatur literis eorum figillis firma-

---

(o) Nobiles Clivenses in ejusmodi causis a civitatibus custodia haud coercendi sunt, vid. *Privileg. de Anno 1649.* ap. LÜNIG Tom. I. pag. 1056. In Bavaria quibusdam civitatibus *jus pignorationis* †. in puncto debiti civium permisum, excepti tamen sunt nobiles, qui privilegio exempti, licet non possideant jura nobilitatis antiqua, sed recens eam adepti sint. Vid. SCHMID in *Comment. ad jus Municipal. Bavar.* Tom. II. tit. 19. art. 7. §. 1. n. 8.

†. Quum KOPP. specimini jur. German. *de jure pignorandi conventionali*, quaedam adjunxit illustrationis causa documenta, aliud quod mihi ad manus est, sat antiquum, tanquam symbolam adjicio sub D,

firmatis, in Silesia, in Oppoliensi & Ratiboriensi principatibus, nisi wo es Ehre, Hals und Land-Güter betrifft, vid. art. 31. Confirm. Ordin. provinc. Ferdin. I. de Anno 1561. ap. LÜNIG. Tom. 1. p. 304. 4.) quod in Silesia haereditates nobilium a nobilibus tantum debeant obsignari, quod tamen, si nobiles vicini desunt, potest interim fieri a judice proximo aulico. ID. Tom. 1. p. 151. 5.) quod in comitatu Hennebergico inventaria rerum a nobilibus relictarum possint deponi apud consanguineos, cum alias fieri debeat apud magistratum. vid. Ordin. Provinc. de Anno 1539. lib. 3. tit. 3. c. 13. ap. LÜNIG: Tom. 2. p. 44. & quod ibi testamenta sine praevia notificatione judici facienda, in praesentia eorum, quorum interest, ab eis aperiri queant, *ibid.* pag. 43. 6.) quod nobiles Silesii in Ratiboriensi & Oppoliensi principatibus, possessores domorum in civitate non debeant cogi, ut juramentum civium praestent, vel munus capessant: **Zu Verkleinerung ihres Standes**, vid. Ordin. Provinc. de Anno 1562. art. 37. ap. EUND. Tom. 1. pag. 306. Duriori conditioni subjecti sunt nobiles Mecklenburgici, quos, quando domicilium in urbe fixerunt, ipsos Juramentum civium praestare oportet, & ea omnia ferre & facere: **So ein ander Bürger oder sein Nachbahr thut und tragen hilfft**, vid. Ord. Polit. de Anno 1572. ap. EUND. Tom. 2. pag. 332. quod ex odio vitae urbanae esse statutum puto, quo deterrentur nobiles, ne facile sedes in urbibus ponerent. 7.) Quod in Fria-  
sia orientali nobiles jurent principi, **bey wahren Mor- te, Treu und Glauben, an statt eines corporlichen Eydes**, ut ex formula de Anno 1695. patet, vid. LÜNIG Tom. 2. pag. 1648. Caetera jura cum sint partim commu-  
nia, v. c. quod funera eorum majori pompa educi, (p)  
quod

*In diversis  
Provinciis,*

(p) Memoratu dignum est edictum Regis Daniae Christiani IV. de  
G 2 Anno

quod convivia eorum magis magnifico apparatu celebrari queant, quod vestitu elegantiori eis uti liceat, partim antiquitata, (inter quae si quis ea, quae modo attuli, referre velit, me non habebit dissentientem) lubens praetereo, atque ejusmodi praerogativas discere cupientem ad auctores, qui de nobilitate in genere scripsierunt, ablego.

## §. XIII.

Sed ne foeminarum nobilium obliviscamur, earum praerogativae (q) paucis adhuc exponendae sunt. Con-

sistunt

---

Anno 1637., quo nobilium Holsatorum licentiam circa pompam in humatione valde restrinxit, ap. LÜNIG Tom. II. p. 1047. seq.

(q) Quanto in honore †. olim fuerint apud Germanos, vel ex illustri illo loco TACITI de Morib. Germ. c. 8. apparet, qui, inesse inquit, etiam sanctum aliquid & providum putant, nec aut consilia eorum adspernantur aur responsa negligunt. ††. Apud Westphalos dicebantur olim omnes majoricac, ut ex WERNER ROLEVINCK de Antiquorum Saxonum situ apud LEIBNIT. Tom. III. p. 631. Scriptor. rerum Brunsuicens. constat. Majorica vero idem significat, quod domina, ut monet LEIBNIT. in introduc. ad eund. Tom. p. 21. In Ludis equestribus praemia, die Dânfe, per illas victoribus solebant distribui, vid. SCHUBART de ludis equestr. p. 142.

143.

†. Adducit RICCIUS in tr. von Landsässigen Adel Part. I. c. 38. §. 15. loca quaedam insignia ex CHRISTINAEI iuriisprud. heroica, ex quibus patet uxores nobilium vocatas fuisse militissas & equitissas.

Non mihi temperare possum, quin ea quae profert d'AUGINE liv. 5. cli. 15. de obsidione Pictavii, cit. CHRISTIO Dissert. de cura famae p. II. apponam, ex quibus tum temporis sexum foemineum quoque fuisse fortem, apparet: *Enx & toute la noblesse échauffés à bien faire, outre leur salut & honneur par la veue d'une notable haie de cavalerie, c'estoit soixante & quinze dames montées sur bons chevaux, qui prirent*

sunt vero i.) in successione in feuda (r) in multis provinciis, praesertim iis, quae ecclesiasticae jurisdictioni sunt subjectae. (s) In Austria per rescriptum Maximiliani I. Anno 1510. initio constitutum, ut vasallorum filiae, proximi agnatis defientibus, quartam beneficii partem recipere, vid. LUNIG in *Corpor. Jur. Feud.* Tom. 2. p. 391., postea idem dimidiam cis permisit Anno 1518., Rudolphus autem II. Anno 1585. feuda aperta illis tota concessit id.

*Jura foemina-  
narum no-  
bilium,*

*ibid.*

rent leur place de bataille assès près du combat, pour être fidèles & dangereux témoins des valeurs & lâchetés.

††. Conf. & JOSEPH. AUREL. de JANUAR. in *Republ. Ju-  
recons.* p. m. 23 - 25.

(r) Olim ne quidem succedebant in allodiis †. Secundum Legem Salicam enim arcebantur ab acquisitione terrae Salicae, sive allodii, per verba expressa: *De terra vero Salica nulla portio haereditatis mulieri obveniat, sed ad virilem sexum tota haereditas pertineat v.* Selecta Fendal. THOMAS p. 14. & secundum leges Saxonum, si filius adesset, contentae esse jubebantur spoliis colli, cum filius terram, mancipia, pecuniam etiam a matre acquireret. vid. ibid. p. 34.

*Successio  
Foeminar.  
antiqua.*

†. Ut masculi familiae splendorem sustentare queant, opibus & divitiis opus est. Teste siquidem experientia per divitias praesertim inveteratas crescunt familiae nobiles, sine illis vero decrescunt, fordescunt & pereunt &c. quae ibi sequuntur, lectu digna apud BACMEISTER de renunciat. filiar. illustr. §. 31. add. CONRADI de inaequali masculorum & foeminarum secundum jura Cimbrica success. præcip. §. 6. p. 33.

(s) Vulgo traditur, in plerisque praesulatibus feuda esse foeminea, quod tamen falsum, ut per exempla feudorum Halberstadiensium, Herbipolensium, Bambergensium, Spirensium, probat KRESS. diss. ad THUMMERMUTH. §. 63. & fuse in not. ideoque feuda, quae in circulis Westphalicis & Rhenanis sita sunt, tantum hanc qualitatem habere afferit, si excipias Abbatiam Fulensem & Episcopatum Metensem. Alias successionem foeminarum in feuda satis probatum dedit THUMMERMUTH in *Compromiss. feudali. Sc. p. 17. 18.*

*Opinio  
communis  
de feudis  
ecclesiasti-  
cis refel-  
litur.*

*ibid. pag. 418.* In Pomerania citeriori per *confirmat. privileg. Friderici I. de Anno 1720.* apud LÜNIG Tom. 2. p. 310. mortuis agnatis & simultaneo investitis filiae sine distinctione, feuda sint haereditaria an alia, succedunt, & ad descendentes feudorum capaces transmittunt. \*) Apud Megapolitanos noscuntur die **Erb-Jungfrauen**, quae feudo aperto pleno ususfructus jure, quam diu vivunt, fruuntur, &, non sufficiente allodiali haereditate, ex eis pro beneficii qualitate dotem accipiunt; *ibid. pag. 343.* In principatu Glogaviensi filiabus, feudo aperto, decimus florenus, ex pretio, quo feudum aestimatur, debetur, vid. **Die Mann-Gerichts-Ordnung de Anno 1505.** apud EUND. Tom. I. pag. 196. 2.) In exactione dotis sufficientis, & quidem in quibusdam provinciis ex feudis, ex quibus alias saltem in

\*) In feudis Clivensibus defientibus masculis succedunt foeminae, sed peculiare est, quod filiae equestris ordinis sine consensu parentum suorum nubentes, a successione eorundem excludantur, nec legitimae praetextu quicquam praetendere possint, per *Recess. provinc. de Anno 1660.* Quod, ne invitis parentibus haeres vel per consequentiam quis inseratur familie, dispositum esse reputatur. vid. RHETIUS *diss. de feud. Clivens.* p. 25.

Sicambiorum vetus monitum est:

Dat næste Lieff  
Die Mann voert Wif  
D' olste ob der Straten

*ibid. ex SANDIO p. 26.*

Valde singulare etiam est in Dania & Norwegia (in quo posteriori regno fere nullam esse nobilitatem avitam, a fide dignis accepi) quod devoluta ad foeminam comitatus vel baronatus successione, illa nemini nisi Comiti vel Baroni possit nubere, eo effectu, ut ex illa nati pro Comitibus vel Baronibus reputentur, adeo ut sit necessarium, ut foemina ante nuptias Baronissae vel Comitissae dignitate ornetur. vid. BUDE. *in notit. fendor. Danic. Norwegior.* c. 3. §. 35.

in subsidium solvitur. Ita in principatibus Lignicensi & Wohlaviensi, in subsidium quidem saltem ex feudis debetur, in ea specie tamen, quando quis reliquo filio & filiabus moritur, filius vero postea decedit, quum sorores adhuc sint indotatae, loco dotis, illae exigere possunt tertiam partem feudi, quamvis allodium satis amplum adsit, num feudum ad dominum devolvatur, an ad agnatos, non interest, vid. *confirmat. privilegior. Leopoldi Imperat. de Anno 1676. ibid. pag. 320.* Quando feuda revertuntur ad dominum, in principatu Halberstadiensi filiae ex eis dotantur, aut, si non nubant, alimenta illis praestantur, vid. *Recess. Friderici Wilhelmi Elect. de Anno 1650. §. 36. ap. EUND. ibid. pag. 1113.* Filiae, quae dotem non acceperunt, in Pomerania, feudo aperto, ei incumbunt, donec eis satisfactum fuerit, vid. *confirmat. privileg. de Anno 1720. ap. EUND. Tom. 2. p. 298.* quod quoque in eo casu in ducatu Lauenburgico obtinet, ita jubente recessu Georgii Wilhelmi de Anno 1702. §. 15. ap. EUND. Tom. I. pag. 1310. 3.) Viduae habent jus exigendi dotalitium, (t) quod ex feudo solvendum, si dos in ejus utilitatem versa, quod præsumitur probata dotis illustratione

(t) Dotalitium, †. quod quoque vocatur vitalitium, dotarium, doarium, continere solet usuras duplicates dotis, aliquando triplices & quadruples, in primis si dos per eas absorbetur, vid. MENCKE in diff. *de quantitate dotalitii*, BEYER in *Delineat. jur. Germ. lib. 2. c. 18. §. 35.* de reliquis autem, quae hic discuti possunt, caput integrum.

†. Ad illustrationem facit charta perantiqua in appendice edita sub E. pertinens ad familiam Dielscaviorum, ex qua mihi maternum genus est, cuiusque mentionem injicit OCKEL *de praescriptione immemorali cap. 2. thes. 45.*, augurans dignitatem liberi Baronatus, per pileum purpureum, quem insignibus a seculis quibusdam adjunxit, quondam ei concessam, quod uti minus compertum, nec affirmare nec negare ausim.

tione vid. LUDOVICI in diss. *de illationis dotis probatione* §. 31. In ducatu Lauenburgico viduae feudo aperto jus retentionis habent, donec, quod eis debetur, receperint, vid. *Recess. Georgii Wilhelmi de Anno 1702.* §. 21. ap. LÜNIG Tom. I. p. 1310. quod quoque usu venit in Pomerania citiori, vid. IDEM Tom. 2. p. 298. In Comitatu Hennebergensi viduae, in praedio, quod illis in dotalitium concessum, resident ususfructus jure, quando vero moriuntur, dotem & acquisita ad suos haeredes transmittunt, dotalitio ad mariti haeredes reverso, vid. *Ord. Prov. lib. 3. Tit. 3. c. 13.* apud EUND. *ibid. pag. 44.* Speciali pacto statuerunt Domini de Schenck in Schweinsberg, ut vidua post mariti mortem ejus praedium retineat, & eo utatur fruatur, nisi ad secunda vota transeat, ap. EUND. *ibid. p. 798.* In ducatu Mecklenburgico vidua, secundarum nuptiarum appetens, praedium loco dotalitii concessum agnatis, dote & eis, quibus melius praedium factum est, restitutis, cedat oportet, vid. ID. *ibid. pag. 344.* In Pomerania viduabus competit jus, praeter dotalitium primum ex alladio, hoc vero deficiente, ex feudo exigendi vestes lugubres, currus & equos, & dimidiam partem mobilium & instrumentorum rusticorum, vid GERDES in Diss. *de debitibus ex feudis praecipue Pomeranicis solvendis,* c. 5. §. 37. seqq. Praeterea 4.) foeminae nobiles recte petunt cibaria, das **Mußtheil**, sub quibus varia comprehenduntur, quae vid. ap. BEYER in *Delin. jur. Germ. lib. 2. c. 17.* Quid sub eis intelligendum sit in principatu Oelsnensi, cognosci potest ex *Ordin. Provinc. part. 3. art. 8. pag. 258.* apud LÜNIG Tom. I. Merito etiam 5.) morgen-gabam sive morgangibam (u) quae GREGOR. TURON lib. 9.

---

(u) Quandoque aliud donum nuptiale dabatur, t. quod methium, mephia meta vocabatur, quod tamen quid fuerit, obscurum est, cum distinguatur a morgengabā in LL. Longobardorum, vid. H A-

C H E N-

lib. 9. cap. 20. Hist. Franc. interprete, donum matutinale significat, desiderant foeminae nobiles, quam maritus eis porrigit post consensum thalami, non ob creptam virginitatem, ut vulgo creditur, cum etiam viduabus dari soleat, (x) licet extra Saxoniam & Lusatiam paucissimis in locis sit in usu, quemadmodum testatur BEYER l.c. §. 33. 6.) Quibusdam in locis foeminae nobiles jus habent ad coenobia foeminea. Ita in Neomarchia viginti virgines nobiles in monasteriis alendae sunt, vid. LÜNIG. Tom. I. pag. 1576. & nobilibus in ducatu Mecklenburgico Jus competit, in tribus coenobiis, circa quae ordines soli disponunt, filias inter virgines asceticas cooptandi, vid. Class. 2. tit. II. p. 81. Justiss. Decis. Mecklenburg. praemiss. 7.) Et hoc inter praerogativas foeminarum nobilium referendum videtur, quod supra cum eis commissa gravius vindicentur. (y) Ita qui in Marchia virginem nobilem corrumpit, ad perpetuum

car-

---

CHENBERG in German. Med. Diff. 5. §. 7. Alioquin de Morgengaba conferri possunt BEYER l.c. c. 17. MYLER AB EHRENSÄCH in Gamologia Principum c. 15-17. & GUNDLING singuli libello de coemtione uxorum dote & morgengaba.

†. More Romano donatio ante nuptias appellatur *missio* seu *miffio* pro quo corrupte LINDEBROGIUS habet *mephium*. Est tamen compositum ex *meta* & *fio* *Mieth*-*Vieh* pecus dotale, quod TACITUS dicebat bovem & equum maritum ad uxorem duxisse solitum. SCHILTER exercit. ad Pand. 36. §. 68.

(x) Olim viduas etiam juvenibus morgengabam dedisse memorat BEYER l.c. lib. I. c. 17. §. 16. vid. & SCHÖPFER diff. de juvenerum virginum privilegiis c. 3. n. 19.

(y) Arcebantur stupratores a ludis equestribus, plane qui verbis saltem foeminarum honorem laeserant. Welche Frauen oder Jungfrauen ihre Ehre mit Worten hatten nehmen wollen, und sich des berühmet, vid. SCHUBART de ludis equestribus pag. 159.

H

(a) Sem-

carcerem damnandus, vel pro ratione circumstantiarum  
mitius, corrupta tamen nec **Schmuck**, nec **Ehe-Geld**, nec  
**Erbe** postulare potest, vid. *resolut. gravam. de Anno 1593.*  
ap. **LÜNING** Tom. I. p. 1577. In ducatu Guelpherytano  
graviter puniendi stupratores, stupratae vero saltem pars  
quarta dotis praebenda, vid. *Recess. Gandersheim. de A. 1601.*  
§. 30. ap. **EUND.** Tom. 2. pag. 147.

## CAP. II.

DE PRAEROGATIVIS ET PRI-  
VILEGIIS REALIBUS NOBILIJM  
MEDIATORUM.

## §. I.

**E**xpositis privilegiis, quae ad personas nobilium per-  
tinent, ordo postulat, ut & ea, quae rebus & praediis  
corum data sunt, recitemus. Inhaerent vero ea potissi-  
mum praediis, (a) quae dividuntur in allodialia (b) &  
feu-

---

(a) Semper praedia rustica coluerunt nobiles, & in eis sedem fixe-  
runt, ex vatis rationibus, quas ex **STEPHANO PASQUIERO** ad-  
duxit **LIMNAEUS** *Jure Publ. lib. 6. c. 5. n. 66.* add. **TIRASQUELL.**  
*de Nobilitate c. 2. n. 61.*

*De Allodio.* (b) Vox *allodium* vario sensu sumitur, vid. **THOMASIUS** in  
*Selectis Feudal. cap. 6. §. 7.* dicitur quoque *Fendum solare*,  
vid. **EYBEN** in *Elett. Feudalib. cap. 6. §. 7.* & ejus diss. *de*  
*fendo solari*, ubi pag. 642. in operibus ex **GUDELINO** affert  
verba comitis Hannonii, qui gloriatur comitatum suum se tenere a  
Deo

feudalia. Et hodie quidem plerique nobiles ea jure beneficiario tenent, (c) cum olim sine illo nexus ea possiderint,

&amp;

Deo & sole. Definit illud KRESS. de jure agricultur. pag. 71. *Eius Definitione.*  
 quod habetur suo jure, alienabile sine consensu Domini, irrevo-  
 cabile & citra onus. Ex hac definitione facile conjicere licet, num  
 satis tuto cum MAURITIO diss. de nobilit. German. §. 36. p. 316.  
*in opusc. LIMNAEO de jure Publ. lib. 6. c. 4. n. 52. qui M O D E S T.*  
*PISTOREM Vol. 2. cons. 19. n. 49. citat*, asserti queat: omnes Land-  
 sassios, qui clientelari lege non tenent praedia, omnibus oneribus  
 esse subjectos. Sane maxima jura posse jure allodii possideri, do-  
 cet exemplum nobilium Silesiorum in principatu Briegensi, quorum *nobiles jure*  
*praedia in allodium versa per constit. Joseph: de Anne 1705. apud allodii prae-*  
*LÜNIG Tom I. p. 224. De nobilibus Holsatis memorabilis est lo-*  
*cus JONAE AB ELBERVELT lib. de Holsatia ejusque statu atque dia possi-*  
*ordinibus class. 2. ap. HERT. vol. 1. Tom. 2. opusc. p. 374. †. No-*  
*biles arces & praedia sua in his ducatibus pleno jure ac dominio,*  
*quemadmodum comites in reliqua Germania, cum venationibus,*  
*aucupiis atque punctionibus libere possident.* *Quinam*  
*allodii prae-*  
*dia possi-*  
*deant.*

†. De praediis nobilitatis Bremensis eorumque juribus prodiit  
 diss. AYRERI 1745. Goettingae, in qua probatur, plera-  
 que praedia in ducatu Bremensi esse allodialia, praecipue §. 29.  
 ubi etiam de Holsatis sequens locus ex CHRISTIANO CI-  
 LICIO in descript. bell. Ditmars. exhibetur: *Nobilium au-*  
*tem possessiones & dominia, ut nunc quoque magna ex parte*  
*existunt, proprii juris liberaeque potestatis eorum, nec feu-*  
*da sed allodialia erant bona &c. In Dania & Norwegia*  
*a tempore Christophori II. pauciora & rariora nobilium feu-*  
*da esse incepere, & tandem prorsus extincta sunt, docente*  
*BUDERO diss. de notitia juris feudal. Dano-Norwegici*  
*c. 1. §. 16.*

(c) An praedium allodiale, an feudale presumendum sit, disquirit  
 Dn: LEYSER Diss. de juribus praediorum nobilium praecipue Sa-  
 xon. §. 11. & pro allodialitate presumendum decidit, quod tamen  
 extra Holsatiam, ducatum Bremensem & Silesiam vix concesserim,  
 & contrarium sententiam in iis terris, ubi beneficiaria lege praedia  
 nobiles possident, veriorem esse puto.

H 2

\*) Quam-

Plerique  
nobiles ho-  
die possident  
jure feudali  
praedia.

Quae ple-  
rumque ob-  
lata sunt.

Praediano-  
bilem im-  
munitate a  
eributis  
gaudent.

& potissimum temporibus mediis obtulerint, \*) vid. KRESS de privileg. agricult. p. 65. seq. Quamvis enim quaedam data esse haud inficiemur, numerum tamen feudorum oblatorum, datorum in Germania longe excedere in aprico est, ut testantur HERTIUS vol. I. Tom. 2. opusc. Part. I. de feud. oblat. §. 16. \*\*) RHETIUS in Jure Feudali p. 45. Causas, cur obtulerint, singulari diligentia colligit HERTIUS loc. cit. §. 4 - 14. quibus addi possunt eac, quas adjecit KRESS d.l. pag. 81.

## §. II.

Ut igitur de privilegiis praediorum initium faciam, tenendum est, (I.) plerumque immunia \*\*\* ) esse a tributis (d) atque

\*) Quamvis sat multae chartae in lucem productae sint, quae probationem afferunt plenissimam, non pigebit tamen literas investiturae in appendice sub F. legisse.

\*\*) Conf. & FRITSCH. diss. de feudo solari §. 11.

\*\*\*) De immunitate praediorum nobilium a tributis vide quae eleganter congesit KOELER in diss. de origine & incremento jurium & privilegiorum nobilitatis Mecklenburgicae §. 15. Author suasor regi Galliae fuit VAUBAN in tractatione, quam inscripsit Projet d'une dixme royale, decimis etiam nobilium praedia subjiciendi, sed simul consilium dat, ut tot eis concedantur praerogativa, ne oneris hujus impositio possit videri gravis, vid. dict. tr. chap. 8. §. 5. 6. & seq. ibique not. in margine.

Notas Mr.  
Klock.

(d) Quaerit KLOCK c. 16. de contribut. an exemptus a contributonibus, si se describi in catastro sive aestimatio patiatur, censeatur privilegio suo renunciasse. Quumque dissentire DD. in hac quaestione tradidisset, eis accedit, qui renunciasse statuunt eum, qui sciens non contradixit, ex ea ratione, quod privilegio suo renunciasse censeatur, etiam quoad futuros actus, qui eo non utitur, vid. ibid. num. 212 - 214. Verum hoc sane ex isto principio non admittentur.

atque collectis (quod de eis, quae clientelari nexu possident, (e)  
extra

mittendum videtur, nisi praescriptio accesserit, quum quis ad tempus saltem certum onus ferendi animum habere possit, quamvis haec quaestio inter eas, de quibus raro controversia incidet, meo quidem judicio habenda sit, quod non facile contingit, ut quis tanta immunitate gaudens se catastro inseri permittat.

(e) Praestant enim ratione feudorum nobiles servitia equestria +. quae dividuntur in militaria honoraria, quo etiam referenda sunt palatina ++. sive aulica, & judiciaria, quae omnia Italicae *cavalcatae* nomine veniunt, de qua singularem librum composuit ANTON. BORRINIUS Taurinens. vid. SCHILTER. *ad jus Feud. Alem. c. 6. §. 5.* & de singulis servitiis *Commentar. ad c. 7 - 9.* & de aliis quaestionibus, quae huc pertinent STRUV. in *Syntagm. Feudali c. 11.* SCHRADER in *tractat. Feudali Part. 6. cap. 6.* & KOHL. integro libro *de servitiis feudalibus.* Excipiuntur feuda franca, quae tamen serius orta, ut ex eis elucescit, quae con-  
gessit DU FRESNE in *Glossar.* verbo *francum.* Facile vero ea servitia adhuc praestare possunt nobiles, ut adeo melius fecisset LUDWIG, si in scripto illo, quod titulum p[re]ae se fert: *V[er]e an- gerichtete Profession in Oeconom. Policey - und Cammer-Sas- chen &c. pag. 91. seq.* ab injuriis, quas contra eos, quasi minus habiles essent, evomit, si, inquam, ab his probrosis objectionibus nulla ratione probabilibus, abstinnisset. Invitis autem illis, qui Servitia praestare malunt, ea in adaerationem pecuniariam non sunt convertenda, nisi in loco sit receptum, nt in regno Neapolitan[o], ubi in locum servitorum pecunia successit, que servitii bur-  
salis nomine in hac regione venit, vid. CORVINUS in *Jur. Feud. tit. 10. p. 132.* FLEISCHER in *Instit. Feud. c. 16. §. 10.* STRYCK in *Exam. Jur. Feud. c. 18. quaest. 26.* Praeter haec servitia ad ea obligati sunt fideles, quae eos observare jubet 2. Feud. 6. c. de for-  
ma fidelitas; quod latissime declarat KOHL Part. 4. de servitiis Feudal. num. seq. Vicissim domini eis in his omnibus vices debent reddere, servitiis exceptis, vid. SCHRADER lib. 6. c. 7. n. 2. in tract. feudal. hocque satis innuit effatum Germanorum: *Getreuer Herr ++. getreuer Knecht / add. PHILIPP. KNIPSCHILD* integro libro *de obligatione domini & vasalli ++. Caeterum haud*

H 3

*Cessare qui-  
dam hodie  
servitia  
existemant.*

silentio

extra controversiae aleam positum est, (f) vid. eos quos longa

silentio praetereundum est, quosdam DD. in ea esse opinione, nobiles ad servitia hodierna tempestate nequaquam esse obstrictos, postquam colonos suos perpetuo contributionis oneri subjici permisérunt, cum duplicem molem eos humeris imponere voluisse, vix sit credibile. ¶¶¶¶. Quare nescio an injuria nobiles Lüneburgici, ut a quibusdam accepi, urgeant: quamdiu subjecti collectas solvant, se a servitiis esse immunes, & vice versa, si servitia exhibeant, illos a tam gravi onere liberari debere. Præcipue recte id defendi posse puto in terris, ubi jure coloniae perpetuae a nobilibus agros suos tenent subjecti. Et forte ubique in Germania rem ita se habere evinci posset, modo quis, quod optandum foret, laudabili opera disquireret, quibus causis adducti, vel sub qua conditione, nobiles subjectis tantum onus imponi passi sint. Tunc enim satis evidenter pateret, an sine ratione affirment quidam: contributionem subditorum nobilium in locum servitiorum, ad quae alias fuerant obligati, successisse & subrogatam esse.

†. Gens nostra Serenissimae domui Brandenburgicae viginti quatuor equos, ob praedia avita Bezdendorfum & Apenburgum in Marchia, in casu necessitatis, juxta pacta antiqua cum Domino directo exhibit, ut probat extract. literar. clientelar. Regis Boruss. Friderici I. glor. mem., de Anno 1703. in append. sub G.

††. JO ANN. GEORG CRAMER scripsit 1744. commentationem de Jure principum ac procerum Germaniae, servitia aulica a vasallis nobilibus exigendi, in qua præcipue principibus fayet. Sane singulare quid est, quod obligationem servitia aulica praestandi etiam ad vasallorum filias & uxores extendit, vid. pag. 64. ibique not. F. Conf. & HEINEC- CIUS in Elem. Jur. Germ. Tom. I. lib. I. §. 82.

†††. Possideo monetam forma duorum grossorum argenteam, in memoriam Henrici Philiberti a Crostieg cusam, in cuius aversa: Ein treuer Herr und treuer Knecht / wird hier gelobt und dort gerecht; in adversa: Memoriae Henr. Philib. a Crostieg. in aula Vinar. Cubicul. fideliss. mor-  
ihi

longa serie citat. CARPZOV. Part. 3. dec. 263. num. 15.  
*Decis. illustr. Saxonie. add. STRUV. in Syntagm. Jur. Feudal.*  
*c. II. §. 5. num. 16.) ut solide demonstrat KRESS de pri-*  
*vileg. agricult. p. 72. Unde, qui ejusmodi praedium con-*  
*tributionibus obnoxium esse clamat, non auditur, nisi li-*  
*quido hujus rei veritatem demonstraverit, vid. MEV IUM*  
*Part. 4. Decis. 33. Singulare quid est in ducatu Neubur-*  
*gico \*\*\*\*\*) quod praedia a rusticis, civibus, praelatis, no-*  
*nobilibus acquisita statim nanciscantur \*\*\* \*) Edelmanns=*  
*Freyheit, & viceversa praedia hominibus modo nominatis*  
*vendita, qualitatem hanc amittant, ut adeo immunitas ibi*  
*non praediis, sed possessoribus nobilibus adscribenda*  
*sit \*\*\* \*) vid. die Erklärung der Landes-Freyheit*  
*Part. 2.*

*Singulare  
conditio  
quorum-  
dam pae-  
diorum.*

*iui 25. Nov. a 24. in margine : Wilhelmus D. G. Dux  
Saxon. Jul. Cliv. Mont. 1624.*

†††. It. *Instit. Jur. princip. privat.* §. 449. lit. F. & G. ubi  
*exempla adducit dominorum directorum, qui ob feloniam*  
*in vasallum dominium directum perdiderunt.*

††††. Ita KRESS. *de privileg. agricult.* c. 2. §. 22. *in not.*  
*pag. 75. ait, occasione obligationis vasallorum ad reisam*  
*Domini, ut in medio aevo vocabatur: Observat. BURGER-  
MEISTER, has expeditiones non amplius imperari proceri-  
bus imperii, ergo nec nobilibus coepit collectatio subditorum*  
*& miles lectus.*

(f) In Saxonia & Misnia tamen feuda quaedam nobilium certo oneri  
*in pecunia praestando subiecta sunt, quod vocant: unter denen*  
*Schöcken liegen/ conf. HORN in Jurisprud. Feud. c. 4. §. 29.*

\*\*\*\* \*) Idem quoque obtainere in Lotharingia testatur KEYSLER in  
*Itinerar. Epist. 89. p. 1331.*

\*\*\*\* \*) Potest tamen dato certo pretio ante emtionem domino terri-  
*torii, etiam ab ignobilibus acquiri, ut in iis terris, cum ibi mora-  
remur, accepimus.*

\*\*\*\* \*) In Hungaria, nonnullis nobilibus in civitatibus habitantibus  
*aut*

*Part. 2. art. 36. ap. LÜNING Tom. I. p. 1143.* Simile quid obtinet in ducatu Bergensi & comitatu Blanckenbergensi, ubi praedia, licet oneri tributorum subjecta, fiunt immunitia a tributis, simul ac ad nobiles pervenerunt, per privileg. *Ducis Gebhardi de Anno 1450. ap. EUND. ibid. p. 1179.* Eandem qualitatem habent bona rusticorum, in Marchia a nobilibus emta. Namque Marchici contendunt, sibi beneficium competere ex *Recessu de Anno 1540. 1572. 1602. 1653.* quaedam subditorum bona, si ex illorum re videatur esse, refuso pretio, suis aggregandi, quo facto libera a tributis esse asserunt, praescriptione & ab antiquissimis temporibus observantia, ad ipsum confirmantibus, ex quorum natura recessus isti, in quibus nulla hujus libertatis mentio fiat, veniant interpretandi. Obtendunt eandem observantiam nobiles Bremenses, ceu tradit MEVIUS Part. 4. *Decis. 33. n. 2. & Decis. 106. n. 1.*

Quanquam vero nobiles libertati suac contra collectas secundum regulam inituntur, summa tamen necessitate urgente, etiam de praediis suis eas exsol-

*Quando nobiles ad collectas vendas sint obstricti.* vere illos oportet, vid. ANDLER *de nobilitate immediata & mediata* ap. BURGERMEISTER Tom. 2. *Biblioth. Equestr. illustr. Saxonic.*

*CARPZOV. Part. 3. Decis. 263. num. 18. Decis. 1153.* Solent vero hoc casu donativum offerre, ein zu unterthänigen Ehren freywillinges, eigenwillinges Praesent - Geld, quod qua ratione fieri soleat, exponit LUEDECKE *Diss. de adaerat. servit. qnaest. cap. 4. §. 4.* Morris autem & juris est, ut nobilibus antigrapha tum dentur, quod eis in praejudicium, illa liberalitas cedere haud de-

beat,

---

aut bona habentibus annuae exactiones ex singulari privilegio remissa sunt. Personale privilegium est, quo pastores ecclesiarum, etiamsi origine & stemmate non sint nobiles, nobiles tamen fiunt, ita ut & bona, quae dicunt nobilitaria, parochiarum suarum possidere possint. vid. LOCKNER *I Facies jur. publ. Hungar. edit. 7om. c. 10. §. 4. p. 50.*

beat, ut de ducatu Magdeburgico constat ex *Elector. Friderici Wilhelmi Versicherung de Anno 1687.* & ex *denen Capitulations - Steuer - Edicten de Anno 1701. 1704. 1705.* De aliis provinciis exempla adducere supersedeo, quae alias ex toties laudati LÜNIGII Collectione per lancem saturam hic exhibere possem. Praeterea solvunt in quibusdam provinciis collectas ad certos usus. Ita in principatu Anhaltino ad onera imperii & circuli, nec non quando periculum Turcarum & captivatio principis pro salute S. R. I. collectas exigunt, conferunt nobiles, vid. *Recess. de Anno 1652.* ap. LÜNIG Tom. 2. p. 1068. Magdeburgici contribuunt ad auxilia contra Turcas, non tamen semper, vid. *Recess. Provinc. Salzens. de Anno 1542.* & *de Anno 1563.* *Revers. Archiepiscop. Sigismund. de Anno 1588.* Guelpherbytani solvunt: *zu Reichs - Crans - und Fräulein - Steuren*, vid. *compend. privileg. §. 5.* ap. LÜNIG Tom. 2. p. 151. Gothani in se receperunt tertiam partem contributionum extraordinariarum Anno 1709. conf. *pactum nobilitatis Gothanum de eo Anno,* confirmatum Anno 1712. ap. EUND. *ibid. p. 27.*

### §. III.

II. Observandum est, praedia nobilium ut plurimum immunia esse a metatis von der Einquartierung, ut in ducatu Magdeburgico jubet *Ord. Polit. de Anno 1688. c. 21.* §. 4. de ducatu Guelpherbytano, vid. LÜNIG Tom. 2. p. 159. de Saxonia LEYSER diss. *de jurib. praediorum nobilium in primis Saxon.* §. 36. qui rationem, cur ab isto onere libera sint, reddit istam: Quoniam praestent servitia militaria, atque adeo sint domicilia & hospitia militum perpetua.

*De immunitate praediorum nobilium à metatis.*

### §. IV.

III. Solent praediis nobilium, praecipue eis, quae nexu feudali tenent, cohaerere Jura insignia, quae hic ob

I ocu-

*De jurisdictione praediis nobilium eohac renente.*

oculos ponere instituti jubet ratio. Primum locum hic occupat jurisdictione patrimonialis, sub qua quainvis secundum regulam intelligatur saltem civilis, (g) liceat tamen mihi, cum multis praediis etiam criminalis, (h) competit, eam quoque comprehendere. Dividitur enim jurisdictione moribus Germaniac in superiorem & inferiorem sive criminalem & civilem. (i) Inferior, Nieder- = Erb- = Gerichte, Vogtien,

*origo Jurisdict. patri-monialis quae.*

(g) Quaenam sit hujus jurisdictionis origo, non satis expeditum est. Reliquias antiquae potestatis esse contendunt THOMASIUS Diss. de hominibus propriis. HEINECCIUS de origine ac indole jurisdic. patrimonial. JARGOW von Regalien lib. I. c. 6. §. 5. pag. 184. †. DN. STRUBE Diss. de origine nobilit. Germanicae Sect. 2. c. 2. qui quoque §. 5. ibid. asserit, possessorem jurisdictionis non teneri ad titulum edendum saltem circumscriptae, secus ac docet loc. cit. HEINECCIUS. Vicissim CONRING diss. de iudiciis reipubl. Germ. §. 85. HERT. de consult. legib. & judic. §. 17. statuunt seculo 13. & post haec tempora ortam & per venditionem vel expressam concessionem nobilibus acquisitam.

†. It. BOEHMER ad Inst. T. De his qui sui vel alieni jur. §. 2. lit. K.

*Jurisdictione criminalis unee derivanda.*

(h) Hanc non e veteri jure dominorum, sed ex consuetudine loci, privilegio, pacto, investitura derivandum, statuit KRESS diss. de jurisdictione criminali §. 55. Jure allodii eam habent nobiles Bremenses, ut testatur JOH. RHODE in Registro bonorum ap. LEIBNITZ. Tom. 2. Scriptor. Brunsbic. pag. 272. ubi ita: *Vasalli ecclesiae Bremensis habent & possident judicia sanguinis, & exercent ea, & a nullo habent in pheodum.* Eodem jure eam possident nobiles Holsatii, (quorum praedia naturam allodii habete, supra ex JONA ab ELBERVELT ostendimus) ut ex confirm. privileg. regis Damae de Anno 1524. patet, in qua ita: *die Prälaten und Ritterschöp/ in dem vorschrevenen Forstendohm Schleswick und Holl/ steen / schollen heben Hals und Hand / und dat höchste Gerichte* ap. LUNIG Tom. 2. pag. 269.

*Possidetur alicubi Jure allodii.*

(i) Quid ad utramque pertineat, satis exponit WEHNER in Observat. Practic. sub verb. *Vogtien & zentliche Halsgerichtliche Obrigkeit.*

Voigten, Voigtenliche Obrigkeit, superior Ober- und Hohe = Gerichte, \*) Malesitz - Obrigkeit, in Franconia die Zent- und Zentbarkeit, in Bavaria die Fraß, Fraßliche = Obrigkeit, in Saxonia, Peinlich Gerichte über Haut und Haar, Hals und Bauch, quoque vocantur vid. HERTIUS diss. de consultation. legib. & Judic. &c. §. 18. Patet vero haec patrimonialis nobilium jurisdictio alicubi latius, alicubi vero angustioribus terminis includitur. In Frisia orientali qui dynastias possident, habent jura meri mixtique imperii, & in criminalibus, matrimonialibus, & aliis, quae ad judicium provinciale pertinent, ipsi cognoscunt, per re-solut. statuum general. de Anno 1661. num. 8. apud LÜNIG Tom. 2. p. 1483. Contra in Marchionatu Burggraviensi in certis casibus judicium a nobilibus avocatur, de quibus vid. perpetuam paction. Ferdinandi Caroli Archiduc. Austriae & in colar. Burggaviens. ap. EUND. Tom. 1. p. 483. 484. In Bavaria excepti sunt, die Vicedomi-Händel, qui enarrantur in Constitut. Duc. Bavaricor. Wilhelmi & Ludov. de Anno 1516. ap. FUNDEM Tom. 1. pag. 674. quales etiam sunt in ducatu Neuburgico, vid. EUND. ibid. p. 1131. ubi, quod in transitu notandum, praescribuntur rusticorum operae, & nobilium Jurisdictio decem annorum spatio, vid. die Erklährung der Neuburgischen Landes-freyheit part. 2. art. 30. ap. FUNDEM ibid. pag. 1142. In ducatu Luneburgico

*Alicubi  
amplia.*

*Alicubi  
limitata.*

\*) Singulare quid ex actis antiquis observavi, Dominos de Hodenberg in Hudemühle in Ducatu Luneburgico Cellensi jurisdictione gaudere criminali, sed non civili, quam per multos annos a Domino territorii conduxerunt. Alias nobiles in eo principatu jurisdictione criminali destituantur, si excipias Dnn. de Plato in Grabau, Dn. de Bernstorff in Gartau, & Dnn. de Knesbeck in Nateln, qui investiti sunt: Zu Nateln / mit dem Holtze / und Gerichte an Hals und Hand / samt der Voigtey daselbst / praeter paucos alios.

gico mulctae pro stupris datae, die **Huren = Brüche**, nisi quis jurisdictione superiori & inferiori simul gaudet, vel in specie de eis investitus sit, ad dominum territorii pertinent, vid. *resol. Ducis Wilhelmi de Anno 1682. n. 9.* apud EUND. Tom. I. p. 1235. quamvis *resol. de Anno 1695.* eas etiam nobilibus concedat, qui jurisdictione destituuntur & investitura speciali, si delictum in liberis illorum domiciliis, auf ihren freyen adelichen Söhnen & aedibus ad ea pertinentibus commissum esse probent \*\*) In Pomerania ultiore dominus habet jurisdictionem concurrentem in subvasallos, vid. *Ordin. Judic. aulic. de Anno 1683. Tit. 31. §. 13.* ap. EUND. Tom. 2. p. 320. Marchici quidam nobiles saltem habent jurisdictionem circumscriptam, de qua STRYCK singul. *diss. egit.* \*\*\*) Et Luneburgici, qui neque per investitutam, neque specialem concessionem, jurisdictionis originem possunt demonstrare, tantum inferiorem possunt exercere in certas personas, vid. *Recess. Duc. Georgii Wilhelmi de Anno 1682. §. 2. seq.* ap. LÜNIG Tom. I. pag. 233. Consulenda est caeterum de qualibet provincia consuetudo, quum nihil in hac materia in universum affirmare liceat, Ita in terra Variscorum constitutum est: **Dass die Ritter-Lehne haben, sollen die Voigtey, und Niedergerichtbarkeit besitzen, auf ihren besetzten Güthern und**

---

\*\*) Singularis coercitio est concessa in subditos immorigeros Dnn. de Wensén in Oppershäusen in literis investiture: mit Schließung in die Hellen / in die Blöcke / oder durch eine ziemliche Gefängnis / ut latius declarat extractus sub H.

\*\*\*) Nimis fere olim, quod vix me legisse alias memini, extenderunt jurisdictionis limites Dnn. de Schenck in Diepen, quibus quoque criminalis competit jurisdiction, in Marchia Flechingae habitantes, quippe in ordinatione judiciali, quam ipsi concinnarunt, dictarunt speciem relegationis illi, qui provocans ad Electorem Brandenburgicum succubuisse, v. extract sub I.

und zugehörigen Stücken zu Dorffe und zu felde.

vid. *Recess. Christ. Marchion. Baruthin. de Anno 1626. apud LÜNIG. Tom. 2. p. 114.* in aliis provinciis aliter \*\*\* \*)

Multis quoque in locis hodie inspiciendus est tenor literarum, quibus de jurisdictione investitus est nobilis. Exercercent autem nobiles hodierna tempestate hanc jurisdictionem per administrum, de quo vid. BEYER *delin. Jur. German.*

*lib. I. c. 4. §. 16. \*\*\* \*)* Sunt vero varia commoda Ju- De commo-  
risdictionis, quae recenset GRAEFE diff. *de juribus praecip. dis Juris-*  
*& singularib. jurisdic. patrim. c. 2.* oblitus est ibi inter cae- dict. patri-  
teria citationis per subsidium facienda, quae juxta consue- monialis &  
tudinem vel pacta venit observanda. Sic in Frisia orientali citatione in  
semper citatio subsidialis obtinet in dynastiis, vid. *resolut.*  
*statuum general. de Anno 1661. num. 8. ap. LÜNIG Tom. 2.*  
*p. 1483. \*\*\* \*)* in ducatu Luneburgico quando nobiles supe-

---

\*\*\* \*) Singularis jurisdictionis nobilium species deprehenditur in Ducatis Bremensi & Verdensi, cuius graffio major & Assessores semper ex nobilibus eligendi, & vocatur das Holtz=Gerichte. Pertinent ad illud judicium variae causae, praecipue causae sylvarum & pascuorum. Quaenam praeccise ad illud spectent, enarrat B. Dn. PUFENDORF in *Introduct. ad Process. Civ. part. I. c. 10. §. 30.* Prope simile Judicium habet familia de Hodenberg in Ducatu Leneburgico, nisi quod ibi graffio non adsint. *ibid.* In episcopatu Osnabrugensi nobiles etiam graftones eliguntur, & simili judicio praesunt, quod probant die Holtzung's & Protocolla, quorum specimen addere facile possem, nisi Dn. PUFENDORFIUM Filium hanc materiam *Tom. II. Observ. Jur. univ. observ. 60.* jam satis illustrasse exemplis viderem.

\*\*\* \*) Et BARTHIUS diff. *de jurisdic. quam nobiles per officiales exercere solent.*

\*\*\* \*\*\*) Quae resolutio tamen postea mutata per *resolut. stat. ad grav. 2. de 1663. ap. BRENNNEISEN in der Ost-Griefischen Historie Tom. 2. lib. 4. p. 7, 4.* ita ut subditi dynastiarum, tanquam testes, in civilibus & criminalibus immediate citari possint a cancellaria & judicio aulico.

*De homini-  
bus propriis*

superiori & inferiori gaudent, ea non negligenda est a principe, exceptis certis causis, vid. *resol. Duc. Georgii Wilhelmi de Anno 1682.* §. 10. ap. EUND. Tom. I. p. 1236. quin si nobilibus ministrantes, etiam extra domicilia nobilium & aedes, quae ad ea pertinent, deliquerint, citatio nulla ne quidem subsidialis ad judicium provinciale locum habet, sed officiales cum nobilibus consultationem ea de re inire oportet, nisi in flagranti fuerint deprehensi, vid. *resolut. de Anno 1686.* §. 2. ut adeo non in universum verum sit, quod tradit REINKING *de regim. saeculari & ecclesiast. lib. I. class. 5. c. 11. num. 42.* posse principes nobilium subditos, absque omni subsidio juris citare. Speciatim jus exigendi operas & praestationes patrimoniales declarat BEYER *in delin. jur. German. lib. I. c. 5. & 6. \*\*\* \*\*\* \*.*) Licet autem nobiles vi hujus jurisdictionis, jam sat ampla potestate in subditos suos gaudeant; majorem tamen exercent nobiles in eis provinciis, ubi homines proprii adhuc habentur, ut in Holsatia, ducatu Mecklenburgico, Westphalia, Pomerania, Suevia. Quid circa eos juris sit, aliquatenus intelligi potest ex MEVII *Bedenden von dem Zustand, Absforderung und verwiederter Abfolge der Bauers-Leute, & HERTII vol. I. Tom. 2. pag. 166. seq. in opusc.* De servis Germanorum alias lectu digna sunt, quae collegit POTGIESSER singul. de hoc argument. libello, HACHENBERG *in German. Media diff. 2. §. 14. OCKEL de prae script. immemor. c. 2. Thes. 8.-19.*

### §. V.

---

\*\*\* \*\*\* \*) De operis rusticorum in genere v. Gothofred. LEISER *in Jur. Georg. lib. 3. c. 27.* Varias species & nomina operarum vid. ap. GRUPPEN *Observ. 4. §. 3. 4. & 5. adject. Discept. Forensibus.*

## §. V.

Succedit jus alterum, quod ad praedia pertinere solet, *De jure ve-*  
*natiois ad*  
*praedia*  
*pertinente.*  
 venatio. (k) Et hanc quidem fundis eorum connexam  
 semper fuisse, egregie auctoritate diversi aevi diplomatum,  
 satis

(k) An regalibus venatio sit annumeranda, nec ne, satis agitata est  
 quaestio. Minus recte eis accenseri docent gravissimis adductis ar-  
 gumentis Dn. STRUBE *l.c. Sect. 2. c. 3.* ab EYBEN diss. *de jure*  
*venandi p. 789.* in operib. & instar omnium, qui primo loco no-  
 minandus erat Dn. BILDERBECK in modo citata Deductione, *Venatio an-*  
*sit regale.*  
 qui quoque in ea luce clarius esse demonstrat *c. 8.* non licere *prin-*  
*cipi*, †. per quem ibi ejus ministros venatorios intelligit, conve-  
 nationem exercere in fundis vasallorum, nisi probetur possessio.  
 Quod si enim princeps ipse praesens venationi indulgere velit, haud  
 dubium est, quemlibet vasallum id aequo animo passurum. Con-  
 trarium vero sententiam adoptarunt LUDEWIG diss. *de differ. Jur.*  
*Roman. & German. in venatu ejusque regali §. 5. ††.* JARGOW von  
*Regalien lib. 2. c. 5. §. 8. seq.* & qui Dnum BILDERBECK resel-  
 lere aggressus est Dn. LÜBBE. Alii saltem venationem superiorem  
 regalibus accensendam tradunt, quos citat LEYSER diss. *de Jurib.*  
*praedior. nobilium §. 42.* Nobis non vacat hanc quaestionem hic  
 excutere. De aliis quaestionibus, quae venationis materiam illu-  
 strant, videatur BEYER *Delin. Jur. German. lib. 2. c. 2.*

†. Propensionem Comitum Mansfeldiorum, ut plerorumque  
 Germaniae Principum, in venationem, probat relevium,  
 quod sibi stipulati sunt in literis Clientelaribus in adjuncto  
 sub K.

††. Non tamen sine limitatione quadam, cum distinguat inter  
 praedia clientelaria a principum liberalitate profecta, & ob-  
 lata, vid. *not. ad h. §. n. 15-17. & n. 23.* ubi JCtorum,  
 qui ad regalia esse referendam venationem putant, sententia  
 subscribit, dummodo constet de cuiusque provinciae formu-  
 la, ut ejus verbis hic utar, in hoc genere, vel lege, vel  
 consuetudine, neque plus detur sensui aliorum, quam justi-  
 tiae & veritati.

satis luculentcr demonstrarunt Dn. BILDERBECK in der gründlichen *Deduction gegen die vermeynre Regalitaet der Jagden* c. 2. SeEt. 3. §. 4. & Dn. STRUBE diss. de Origine nobilit. German. pag. 116. qui quoque recte existimat p. 119. hoc nec hodie mutatum esse, id quod etiam laudatus Dn. Bilderbeck in tota, quam modo adduximus, Deductione evicit. In ducatu Luneburgico nobiles quoque exercent venationem inferiorem, in agris, ubi saltem jus decimarum vel colonos, qui ibi *meieri* audiunt, habent, vid. resolut. Duc. Georgii Wilhelmi de Anno 1682. §. 16. ap. LÜNIG Tom. I. pag. 1238. imo etiam in agris interjacentibus aliorum, vid. resol. de Anno 1652. in volum. **der Zel-  
lischen Gerichts-Ordnung**, pag. 535. Nobilibus Ba-  
varicis, qui venationis jure non gaudent, concessa tamen  
est venatio minor, auf dem Land - Gerichts - Grunde,  
vid. resol. Gravam. Ludovici VI. de Anno 1579. apud. EUND.  
*ibid.* p. 744. Apud Clivenses non praediis, sed nobilibus  
possessoribus propria videtur venatio. Ibi enim statim ve-  
natio extinguitur, simul ac ad civem fundus nobilis trans-  
latus est, quae tamen eo ad nobilem reverso reviviscit,  
vid. *Recess. de Anno 1649.* §. 54. ap. LÜNIG Tom. I. pag. 1044.  
**Cum venatione quoque connexum esse solet jus circa syl-  
vam, in qua ea exerceatur.** Hujus fructus ei, qui venatio-  
nis jure gaudet, competit, ita ut nemio v. c. glandes,  
die Eichel - Mast, in sui usum convertere queat absque  
ejus consensu, vid. STRUV. in *Syntagm. Jur. Feudal.* cap. 6.  
§. 11. n. 3. Licet ei quoque frondes incidere, ut retia ex-  
pandi & opercula confici possint, vid. *ibid.* n. 4. Quod si  
sylva in feudum data, plenissimus usus, qui utili domino  
concessus, intelligitur. Politicae tamen leges ea ita uti ju-  
bent, ut ne penitus exscindatur. Quid quod & sic bene-  
ficium periret, *ibidem num. 2.* Majus adhuc jus competit  
illi, cui jurisdiction, quae forestalis dicitur, tributa, quae  
alias inter regalia refertur, & sub qua comprehenduntur  
varia,

*De jure cir-  
ca sylvam  
venationi  
affini.*

varia, quæ recenset FRITSCH in *Manual. Jur. Public.* sub verb. *forestale Jus*, quamvis, ut recte idem ibidem monet, cuiusque loci in hac materia sit respicienda consuetudo.

## §. VI.

Neque minus ad haec praedia pertinet (III.) piscatio in stagnis & fluviis, quatenus illa ambiunt aut praeterlabuntur. Nam quamvis usus fluminum publicorum referatur *De piscatione.* hodiernis moribus inter regalia, neminique in eis piscari licet, nisi beneficio concessionis a superiore, vel praescriptionis immemorialis, aut consuetudinis, hoc sibi licere contendat, & probet, vid. SCHWEDER in *Jure Publ. part. Special. Sect. 2. c. 15. §. 17.* tamen nobilium praediis plerumque Jus istud adjunctum esse solet. Quare quoque ad praediorum pertinentias, ut cum diplomatibus loquar, relatum est quondam, quemadmodum constat ex eis, quæ adduxit Dn. STRUBE loc. §. praec. cit.

## §. VII.

Nobilium praediis inheret (IV.) plerumque Jus *pa-* *tronatus,* (1) vi cuius praesentatur a nobili pastor ab epi- *De Jure patronatus.* scopo vel potius superiore confirmandus, vid. CARPOV. in *Jurisprud. Consistorial. lib. I. defin. 13.* praesentatur etiam ab

(1) Acquiritur *Jus patronatus* †. vel ex fundatione, vel ex aedificatione, vel denique constitutione dotis sufficientis, qui ipsi tamen tituli plerumque in uno subjecto concurrere solent, ut tradit ZIEGLER *de dote eccles. c. 6. §. 2.* Praecepit tamen per donationem jus hoc ad patronos pervenit, quamquam primis Christianis fuit incognita, vid. ZIEGLER *I. c. cap. 3.*

†. In Marchia & Pomerania Juri patronatus Jus removendi ob justam causam cohaeret. vid. *Institut. Jur. princip. lib. I. tit. 3. §. 48. lit. G.*

ab eo minister scholae & pastori substitutus, vid. EUNDÉM  
*ibid. defin. 14. & 17.* In Mecklenburgico ducatu praesen-  
tatus & a superintendente examinatus sine mora confir-  
mandus, vid. LÜNING Tom. 2. pag. 439. quod quoque in aliis  
provinciis juxta regulam observandum. Caeterum an pro  
*Si in du-*  
*bium voca-*  
*tur Jus pa-*  
*tronatus,*  
*pro quo de-*  
*cendum.* principi, quando lis de jure patronatus oritur (m) inter-  
cum, & praedii nobilis possessorem, an contra principem  
praesumendum sit, disquirit LEYSER *de praed. nobil. Jur.*  
*cidendum.* §. 47. & pro possessore fert sententiam.

## §. VIII.

Habent nobiles in praediis (V.) Jus arcis exstruendi,  
*De jure ar-*  
*ces exstru-*  
*endi in*  
*praediis.* easque fossa cingendi atque muro firmandi, ejus altitudi-  
nis, ad quam vir equo insidens manu pertingere possit,  
vid *Specul. Sax. lib. 3. art. 66.* quin ex interpretatione *glossae*  
*ad cit. art.* licitum est illis moenia ad eam altitudinem ex-  
tollere, quam gladii vibratione nobilis equo vectus designa-  
re queat. (m) Oportet vero rusticos necessaria ad exstru-  
ctionem harum arcium convehere in plerisque provinciis,  
& ita diserte dispositum in terra Variscorum, vid. *Recess.*  
*Marchion. Christ. Baruthin. de Anno 1626. ap. LÜNING Tom. 2.*  
*p. 118.* in principatu Anhaltino, in Saxonia, vid. LEYSER

de

*Habilitatio*  
*nreis nobi-*  
*titatis olim*  
*argumen-*  
*tum.* (m) Plane argumentum nobilitatis possessionem arcis ejusmodi quon-  
dam fuisse, constat ex scripto illo *von dem Ursprung der Stadt*  
*Münsterischen Erbmannen* ubi §. 10. citante FLEISCHERO  
*in Jurisprud. Feudal. c. 17. §. 9. not. b.* narrat Author, cuidam  
Schenckingio, ut nobilitatem probaret, a Rota Romana sub Pio IV.  
Pontifice injunctum esse, illum vero saltem demonstrasse: daß  
seine Eltern sich adlich aufgeföhret, auf begrabenen  
Häusern gewohnet, und mit adelichen Güthern ange-  
fessen gewesen. Atque haec probatio Rotæ Romanae tum suffi-  
ciens visa, ideoque, ut Schenckingium capitulum Monasteriense  
reciperet, praecipit.

de iur. praedior. nobil. §. 16. Tempore belli & dissidationum, ultra determinata servitia, eas custodire debent in ducatu Altenburgico, vid. Ord. Provinc. de Anno 1705. part. 2. c. 2. tit. 10. ap. LÜNIG Tom. 2. p. 26. Quando nobiles Bre-menses loco commodo destituuntur ad condendam sibi domum, possunt meierum, ut ibi compellatur, ejicere, ejusque sedem ad suos usus adaptare, vid. Privileg. Confirmation. Regiae Christinae art. 7. ap. EUND. Tom. I. pag. 1272. quod quoque permisum nobilibus Guelpherbytanis, vid. compend. privileg. §. 105. apud LÜNIG Tom. 2. pag. 162. Marchicis hoc casu rustici coguntur praedia sua vendere, vid. Recess. Joach. II. de Anno 1572. ap. EUND. Tom. I. p. 1575.

### §. IX.

Licet (VI.) nobilibus in praediis suis molendina, domos braxatorias, & alicubi tabernas exstruere. Et quod ad molendina quidem pertinet, ea nobilibus juxta regulam condere permisum esse tradit BEYER in Delin. Jur. Germ. l. 1. c. 2. quamvis usum territorialium esse diversum moneat TITIUS in Jur. Priv. Rom. Germ. lib. 8. c. 16. Molendini in flumine publico exstructio, secundum DD. sententiam, non nisi consentiente \*) principe admittenda est, cum regalibus corum usus sit annumerandus, vid. BESOLDUS in Thesaur. Pract. verb. Mühlen. Apud Guelpherbytanos non nisi permisso principis & vicinorum, qui molendina possident, nova condi possunt, vid. LÜNIG Tom. 2. p. 156. Idem principis consensus requiritur in Neomarchia, vid. EUND. Tom. I. p. 1576. De tabernis tenendum est, nobilibus non licere eas \*\*) exstruere, nisi ex longa praescritione

*De iure  
condendi  
molendina.*

*Et tabere  
nas.*

\*) Conf. tamen ZIEGLER de juribus fluminum publicor. pontium &c.

§. 33. 38. 39.

\*\*) In ducatu Cellensi & terris Brunsuicenisbus constans est opinio,

Quid circa ptione (quam plane immemorialem esse debere, vult OCKEL  
 eas nobili- de praescript. immemoriali p. 268.) vel regionis consuetudine,  
 bus juris. ut in Thuringia, vid. IMHOFF de Jure tabernar. ap. BURGER-  
 MEISTER. Tom. 2. Bibl. quest. p. 1034. vel privilegio Jus illud  
 quaesiverint. Gaudent tamen eo nobiles Magdeburgici, vid.  
*Recess. Provinc. Calbens. de Anno 1556.* §. 1. Marchici au-  
 tem non itidem, nisi praescriptione vel privilegio tuti sint,  
 vid. LUNIG Tom. 1. p. 923. Possunt vero absque imminu-  
 tione suae dignitatis cerevisiam, quam ipsi coquunt, ven-  
 dere, \*\*\*\*) vid. EYBEN diss. prima de factorib. t. 8. §. 6.  
 pag. 275. in oper. & Deductio quae titulum habet: **des**  
**Adels rc. im Herzogthum Sachsen-Lauenburg rc.**  
**Brau-Recht**, c. 3. §. 2. pag. 26. seq. quanquam cum  
 OCKELIO pag. 270. d. l. distinguendum est inter eos, qui,  
 ut ille inquit, proprium frumentum & hordeum braxant,  
 & vel suis subditis vel adjacentibus civitatibus \*\*\* \*) ven-  
 dunt, & eos, qui frumentum aliunde coemunt, & oeno-  
 polas agunt. Alias in sui usum licere nobilibus cerevisiam  
 coque-

---

deficiente lege prohibitiva, jus tabernam exstruendi & cauponam  
 exercendi ex libertate naturali descendere, ideoque neminem ab  
 exercitio cauponae, permittente eo, qui jurisdictionem civilem ha-  
 bet, esse arcendum; atque ita judicatum esse memini in Cancellaria  
 Cellensi.

\*\*\*\*) Nec enim obstant leges antiquatae, quas adducit GOD. LUD. MEN-  
 CKEN diss. de jure prohibendi cerevisiar. civit. Saxoniar. §. 27. 29.

\*\*\* \*) Quum Rex Borussiae Glor. mem. Fridericus I. editio d. 3.  
 Jan. 1709. publicato nobilibus aliquaque Landsassis, ne cerevisiam  
 civitatibus pagisque ad principem pertinentibus divenderent, severe  
 sub poena mille Joachimicorum in Ducatu Magdeburgico interdixis-  
 set, nisi, se in specie concessione ista cum jure prohibendi esse in-  
 vestitos, demonstrare possent, ad praescriptionem etiam recte pro-  
 vocarunt status, in representatione quam vocant de 13. Maji. diet.  
 anni, cuius passum concernentem sub L. adjunxi.

coquere, nemo facile ibit inficias, quum hoc cuique licere soleat, nisi libertas haec restricta sit, ut in Saxonia, ubi solis nobilibus id permisum, vid. LEYSER *diff. cit.* §. 53.

## §. X.

*De juribus  
singulari-  
bus quorun-  
dam pae-  
diorum,*

Sunt & alia jura eximia, quae tamen haud omnibus, sed saltem quibusdam praediorum nobilium possessoribus competunt, quorum aliqua saltem exempla delibanda hic mihi sumsi. Ita in Holsatia quidam nobiles jus exigendi vectigal \*) habent, vid. JARGOW von Regalien lib. 2. cap. 8. §. 4. in Clivia est dynastia Bruch, quae hoc jure gaudet. Habuit etiam olim nostra gens in Marchia idem jus, quae quoque regale monetae possedit & solidos excudi curavit, qui die Elauen Schillinge dicti, quique ante seculum adhuc non difficiles inventu fuerunt. Hinc JERASIU*s in carmine*, quod Schulenburgis inscriptum, lib. 2. pag. 26. de insignibus istis praerogativis ita canit: Jus vectigalium & ipsos

Conspice Schulburgō signatos nomine flores,

Et clypeo gryphis solidos trino ungue notatos.

add. PFETTINGER in der Braunschweig-Lüneburgischen Historie Tom. I. pag. 516. In ducatu Magdeburgico habent Dnn. de Krosgk, qui circa fluvium Salam habitant, \*\*.)

Jus

\*) Idem jus habent Dn. de Schenck in Hermannstein prope Wezlariam. In ducatu Bremensi Dnn. de Marschalck in Cranenburg, & Dnn. de Düringen Brobergae, jus vectigalium, it: Dnn. de Wersabeh Mayenburgi, & de Schwanenwede in Schwanewede jus gabellae (der Accise) sibi jure vindicant, per confirmat. privilegior.

Bremens. art. II. cit. ap. AYRER: *de praediis nobilit. equestr. Bremens.* p. 67.

\*\*) Ad Salam situm est oppidum Alslebium, in quo jura eximia habuit dicta familia de Krosgk. Antiquissimum ibi est templum,

Jus pro trajectu portorum (das Fähr = Geld) exigendi, quo etiam gaudent Dnn. de Alvensleben Rogetzae, quam Albis praeterlabitut. Quod reliquum est, adhuc notari meretur, quod scuta sive insignia quondam fundis fuerint propria, & ad quemvis clypei militaris habilem cum praedio sint translata, ut statuit OCKEL *de praescript. immemor. cap. 2. Thes. 44. pag. 84.*

## §. XI.

Recensuimus modo privilegia praediorum nobilium,

*De immunitate rerum nobilium a vestigalibus.* quae diversis in locis obtinent. Quare & de praerogativis rerum, quae ad eos pertinent, dispiciendum. Nempe, ut tradunt DD. immunes sunt res nobilium primo a vestigalibus, (n) vid. BIDENBACH *in quaest. nobilib. ap. BURGERMEIST. Tom. 2. Bibl. Equest. pag. 495.* LIMNAEUS *de jure Publ. lib. 6. cap. 4. num. 53.* id quod in genere recte affirmatur. \*) De principatu Anhaltino in specie vid. *Recess. Friderici Wilhelmi Elect. de Anno 1650. §. 12. ap. LÜNIG Tom. 1. pag. 110.* de ducatu Neuburgico die Erläuterung der

quod ad monasterium celeberrimum perirent. Veneranda plane sunt antiquitatis leitava, quae veritatem modo dictorum declarant, quaeque adeo oblivioni eripere conor, dum, quemadmodum mihi communicata sunt, sub M. & N. exhibeo.

*Odium nobilium in sui ordinis homines qui onera invenerunt.* (n) Quum nobiles gaudeant, ut modo memoravi, immunitate a vestigalibus & aliis oneribus, inde factum est, ut sui ordinis homines odio prosecuti sint, qui in eis excogitandis, fuerunt ingeniosi. Abstinere hinc olim jubebantur a ludis equestribus, ut patet ex memoratu digno artic. 9. LL. Henrici Aucupis ap. BURGERMEIST. Tom. 2. Bibl. Equest. pag. 21.

\*) In terris Brunsuico-Lüneburgicis res haereditariae nobilium liberae sunt ab onere detractus, sicut monitus est praefectus Dannenbergerensis Quirl ad instantiam viduae de Dannenberg, per Rescript. Regim. Gellens. de 4. Maii 1696.

der Landsgreyheit part. I. §. 14. apud EUND. *ibid.* p. 1167.  
 de Mecklenburgico vid. *resolut. definitiv. Caesar. de Anno*  
*1721. n. 13. ap. EUND. Tom. 2. p. 56.* Nobiles tamen Marchicos, qui alias hac immunitate non destituuntur, pro lignis, quae advehantur in flumine, vestigal solvere oportet, vid. *Recess. Provinc. de Anno 1527. Tom. 1. pag. 1571.* Deinde quibusdam in locis liberae sunt res a nobilibus emtae a gabellis, von Accise, **Ungeld**, **Biergeld**, **Zapfensteuer**, ut constat de rebus nobilium in ducatu Slesvicensi ex *rescripto Friderici IV. regis Daniae de Anno 1725. ap. LÜNIG.* Tom. 2. pag. 1056. in ducatu Magdeburgico vid. IDEM Tom. 1. p. 979. in Saxonia *ibid. p. 753.* in ducatu Guelph-bytano ID. Tom. 2. p. 158. Fruuntur etiam nobiles Mecklenburgici, & in specie illi, qui Rostockii habitant, immunitate ab isto onere, vid. *Conclus. Caesar. de Anno 1725. in Justiss. Decis. Imperial. in causis Mecklenburg. pag. 431.*

## CAP. III.

DE COMMUNIBUS PRIVILEGIORUM ET PRAEROGATIVARUM  
NOBILIUM MEDIATORUM, TAM PERSONALIUM QUAM REALIUM.

## §. I.

**H**Astenus praerogativas personarum & rerum nobilium sigillatim explicavimus; restat igitur, ut, quae utrisque communia sunt, hic paucis tradamus. Ad haec communia vero refero primo, quod haec privilegia a domino territorii recens ad gubernacula admoto debeant Privilegia a domino territorii sunt confirmanda datis antiquaphis.

con-

confirmari (a) datis insuper literis, quas reversales vocant, quibus haec confirmatio corroboretur. (b) Habent autem haec literae presumptionem juris & de jure, quae nulla ratione valet elidi. Confessus & hoc ipse Serenissimus Elector Brandenburgicus Fridericus Wilhelmus in Rec. March.

*Homagium  
ante confir-  
mationem  
privilegior.  
praestan-  
dum.*

*Exceptio.*

(a) Disputant alias DD. princepsne prius privilegia confirmare, an subditi prius praestare debeant homagium? Utraque pars suis non destituit rationibus, aquior tamen est sententia eorum, qui prius jurisjurandi religione se obstringere debere subditos sentiunt, cum tacite conditio de privilegiorum confirmatione ac conservatione, videatur homagiali obligationi inesse, secundum R H E T I U M in Inst. Jur. Publ. lib. 2. Tit. 2. §. 20. In ducatu tamen Neuburgico antequam Juramento se obstringant subditi, confirmanda sunt privilegia, vid. die erklarte Land = Freyheit par. 4. art. 14. p. 1151. ap. LÜNING Tom. 1. & in Friesia orientali ap. EUND. Tom. 2. p. 1441. olim etiam in episcopatu Hildesiensi, vid. Revers. nobilit. Hildesiens. datas Anno 1645. ap. EUND. Tom. 1. p. 1357. Ordines Trevirenses plane societatem inierunt, Anno 1456. se haud passuros, ut sibi novus imperaret dominus, nisi prius jurasset, velle se jura eorum servare intacta, vid. ID. Tom. 1. p. 553. & aliud eorum pactum in eundem sensum, ibid. p. 555. Oportebat & olim in quibusdam provinciis, principes praesentes haec ordinum jura confirmare jurato, ut iterum constat de terra Hildesiensi, vid. LÜNING. loc. sup. tit. Carinthiae statibus adhuc Imperator Carolus V. suo & fratribus nomine antigraphum dedit, in praecuditum eis haud cessurum, quod ipse praefens privilegia haud juramento firmaverit, vid. LÜNING part. spec. Contin. I. des Reichs-Archivs sub Kärnthen p. 174.

(b) Juxta regulam principes obligati sunt ad dandos reversus. Aegre tamen tulit Christianus II. Elector Saxoniae, cum ordines Comitatus Hennebergici Anno 1606. eos peterent, uti innuit rescript. declarat. ad Cancellar. Meining. in quo, quod exegerint ordines literas reversales, quod religionem & privilegia in pristino vigore servare velit, quasi sibi dissident, queritur, seque ad eas dandas haud obstrictum affimat. Addit tamen, ex singulari gratia se confirmare eorum jura & privilegia velle, vid. LÜNING Tom. 2. p. 62.

de Anno 1653. n. 19. apud LÜNING Tom. I. p. 899. ubi verba ejus ita se habent: **Sintemahl die Landes-Reverse prae-sumptionem juris & de jure für sich haben, welche auch in allen judiciis zu observiren, und darnach allerdings erkannt und gesprochen werden muß.**

## §. II.

Deinde huc pertinet, quod privilegia ita rite confirmata debeant observari. Boni principis enim est, ut fidem datam non violet, sed semper illud Caroli V. gloriosissimae memoriae Imperatoris in ore & pectore habeat: *Fidem licet toto orbe extorrem & exulem tamen penes se residere debere.* Agnoverunt id optime principes optimi Brunsvico-Lunenburgici Bernhardus & Henricus, qui spondentes in **dem Saate-Brieffe**, ut vocatur, de Anno 1392. privilegiorum, quae subditis competunt, observantiam perpetuam & immutabilem, ajunt: **Alze we dath van Gades und Förstlicher Tugend und Ehren wegen, und oꝝ von Rechtes und Löste, Ede und Breve wegen, plichtig sind tho donde.** Sunt vero varii modi, quibus horum privilegiorum vigor integer conservari suevit. Ita in Bavaria statutum, ut declarationes privilegiorum cuivis officiali communicentur, & in plena concione populi, die natali nostri Servatoris & pentecostes ultimo praelegantur, vid. LÜNING. Tom. I. p. 692. in Marchia vero constituit Elector Fridericus Wilhelmus I. §. pracc. cit. **Über die Landes-Reverse soll in judicando & sententionando festiglich gehalten werden, und wollen wir unserm Cammer-Gerichte, und allen Judiciis, sich darnach zu achten, anbefhlen.** Optimum vero est remedium, quando principes, si forte contra privilegia, quid audere velint,

L

sub-

subditos obligant, ut ipsi provideant, ne ea infringantur,  
 vel edicant, mandata contra privilegia lata tanquam nulla  
 considerari debere, quemadmodum fecere Rex Daniae  
 Christianus I. in confirmatione privileg. Holsaticor. de Anno  
 1460. ap. LÜNIG Tom. 2. p. 848. ubi ita: **Edder wolde**  
**wy beeten edder binnen Landes, diſſe vorgeschre-**  
**wene edder nachgeschrewene Articule krencken,**  
**so shollen und willen wy dagegen wesen, und een**  
**iglick shall pflichtig wesen trewlichen dartho hel-**  
**pende, diſſen Bref und Eendracht an allen ohren**  
**Stücken tho beschirmende; & Imperator Rudolphus II.**  
*in confirmat. privilegior. principatum Schwidnicens. & Jaura-*  
*viens. de Anno 1610. ap. LUNIG Tom. 1. p. 1562.* ubi dicit:  
**Ob einigerley Befehl von uns ausgebracht wür-**  
**de wieder einigen dieser Articul, aber damit des-**  
**nien Privilegien der fürstenthümer Schweidnitz und**  
**Jauer zu nahe gegangen würde; so sollen doch**  
**dieselben ausgebrachte Befehle unbündig seyn.**  
 Majus adhuc illud privilegiorum firmamentum est, quod  
 per union. de Anno 1643. & 1550. in Archi-Episcopatu  
 Coloniensi hujus provinciae Juribus accessit. Dispositum  
 enim est in eis, ut princeps privilegia negligens initio ad-  
 moneatur a capitulo, ut saniora consilia amplectatur, quod  
 si vero haec monita susque deque habeat, sibi relinquatur,  
 & impune pareatur capitulo. Non solum autem juste &  
 pie, verum & prudenter agunt principes, qui nihil prius,  
 nihil antiquius privilegiorum conservatione habent, cum  
 hac ratione sibi amorem subditorum concilient, & aeternis  
 obsequii vinculis eos constringant. Egregia sunt, quae hanc  
 in rem Dux Megapolitanus Adolphus in ultima sua volun-  
 tate de Anno 1654. §. 39. magna solertia magnoque judicii  
 acumine morauit, ut adeo integra ejus verba hic recitare  
 non

